Ea 19

ICON

AMIN

FOLIO
QK495
.F19
H67
1801
V.1

NICOLAI THOMAE HOST M. D.

IN ACADEMIA CAES. REG. NOBILIUM THERESIANA BOTANICES PROFESSORIS

ICONES ET DESCRIPTIONES

GRAMINUM AUSTRIACORUM.

VOL. I.

VINDOBONAE

TYPIS MATTHIAE ANDREAE SCHMIDT, CAES. REG. AUL. TYPOGR.

1801.

MISSOURI BOTANICAL RECEIVED JAN 10 1981 GARDEN LIBRARY

FRANCISCO II.

ROMANORUM IMPERATORI

SEMPER AUGUSTO,

HUNGARIAE, BOHEMIAE, DALMATIAE, CROATIAE, SCLAVONIAE, GALLICIAE, LODOMERIAE REGI,

ARCHIDUCI AUSTRIAE

&c. &c. &c.

DOMINO SUO CLEMENTISSIMO.

Humillimus ſubditus & ſervus
Nicolaus Thomas Hoſt.

AU[illegible]

[illegible]

AUGUSTISSIME IMPERATOR.

Dum SACRAE MAJESTATIS TUAE imperio horti, a TE in Botanophilorum commodum & utilitatem floræ austriacæ dicati, curam suscepi, nullis laboribus parcendum esse duxi, ut præcipua quædam, quæ clariorem rei herbariæ lucem affunderent, juris publici facerem.

Cum graminum familia, quæ ob usum inter alias stirpes principem locum tenet, cognitu ardua atque perplexa, plurimis difficultatibus aspera sit; gramina, in provinciis, quas summa prudentia & mirifica humanitate moderaris, sponte crescentia, iconibus & descriptionibus illustrare mihi proposui.

Non tantum probasti, CAESAR CLEMENTISSIME, propositum meum, sed etiam CAESAREA TUA liberalitate ad laborem ita accendisti, ut id, quod auxilio TUO destitutus vix inchoare valuissem, nunc jam, quantum mihi per vires reliquaque status negotia licuit, perfecerim.

Cui alteri ergo consecrandum vovendumque est opus hoc, quam MAJESTATI TUAE? Opus, CAESAREAE TUAE præcipue in me ipsum, tum in botanices studiosos munificentiæ monumentum.

Propitiis igitur oculis inſpicias hoc qualecunque æternæ pietatis gratique animi documentum, &c, ut hæc graminum auſtriacorum hiſtoria, quæ ſub TUIS auſpiciis exordium habuit, SACRO TUO NOMINI dicata in lucem prodeat, clementer concedas, enixe rogo.

PRAEFATIO.

Cum gramina, inter alias ſtirpes maxime utilia obviaque, partim cognitu ardua, partim obſcura implicataque ſint; mihi propoſui graminum, in provinciis auſtriacis ſponte creſcentium, familiam deſcriptionibus & iconibus illuſtrare, eo quidem conſilio, ut hujus utiliſſimæ familiæ unico opere comprehendatur hiſtoria.

Ab eo tempore, quo ſtirpium auſtriacarum ſynopſis a me edita fuit, varia inſtitui itinera, in quibus cum aliis plantis alia detexi graminum genera, multas, quæ in dicto deſiderantur libro, detexi ſpecies. Sic acceſſit huic operi copioſa ſuppellex; acceſſit quoque ex induſtria & labore Cl. virorum, ill. Comitis Franciſci Waldſtein, & Profeſſoris Kitaibel: perluſtrarunt viri hi diverſis annis varios Hungariæ tractus; detexerunt cum novis generibus plurimas ſpecies; & omnia, quæ ad locupletandum præſens opus valerent, benevole mecum communicarunt.

Tribus voluminibus hæc agroſtographia auſtriaca abſolvetur; primum comprehendet ſpecies centum; totidemque ſecundum; quinquaginta circiter tertium atque ultimum.

Ne opus in immenſam excreſcat molem, pauca ſynonyma adducam; in primo ſecundoque volumine paucas obſervationes deſcriptionibus ſubjungam; in tertio autem breviter referam exponamque ea, quæ plantarum obſervator cum œconomiæ ruralis ſtudioſis communicare valet & debet.

Etiamſi mihi conſtitutum ſit ubique premere veſtigia beati Linnæi; tamen, ubi ex manifeſtis notis de errore aliquo aut diſſenſu certo mihi conſtabit, in generibus mutationem faciam, differentias ſpecificas nominaque trivialia mutabo. In reliquis uſui recepto potius aliquid concedam, ne nimio genera nominaque reformandi ſtudio moleſtia botanices cultoribus aut difficultas augeatur.

HOLCUS HALEPENSIS. Tab. 1.

H. spiculis unifloris: hermaphroditis sessilibus aristatis muticisve; masculinis pedunculatis muticis. *Sp. pl. p.* 1485. *Schreb. gr. p.* 129. *t.* 18.

Andropogon arundinaceum. *Scop. carn. tom.* 2. *p.* 274. *Allion. ped.* 2. *p.* 161.

Gramen arundinaceum, paniculatum, locustis partim muticis, partim aristatis. *Scheuchz. agr.* 509. *t.* 11. *f.* 12.

In Forojulio, Litorali, Istria ad sepes, in vineis alibique. ♃. Junio, Julio.

RADIX teres, crassa, repens, squamis oblongis, striatis, acutis, fuscis tecta, fibris plurimis firmata, perennis.

CULMI subcompressi, striati, læves, geniculati & [illegible] genicula tantum villosi, sæpe ex geniculis inferioribus ramos promentes, interne medulla candida farcti, ad paniculæ exortum nudi, cæterum toti foliorum vaginis tecti; alii bipedales; alii tripedales; multi altiores.

FOLIA lata, striata, canaliculata, cuspidata, ad oras superioremque carinæ partem scabra, costa alba, prominente, per medium dorsi decurrente, distincta, ad ligulæ originem sericea lanugine pubescentia. Vaginæ compressæ, striatæ, ad genicula villosæ. Ligula brevis, externe plurimis pilis consita.

PANICULA quadriuncialis, sæpe multo longior, modo erecta, modo apice nutans; florens patula; contracta ante & post florescentiam. Rachis flexuosa, dentibus exasperata, ad dentes pilosa, angulata: angulis hinc inde scabriusculis, & sæpe in ima parte canaliculatis. Rami longi, compressi, flexuosi, scabriusculi.

SPICULAE ovato-lanceolatæ, unifloræ; aliæ hermaphroditæ, sessiles, aristatæ vel muticæ; aliæ masculinæ, pedunculatæ aristaque destitutæ.

Hermaphrodito.

CALYX bivalvis, pilis adpressis pubescens, pallide viridis seu purpurascens; Valvula exterior lata, lineis eminentibus septem circiter distincta, apicem versus depressa, ad basin convexiuscula, marginibus inflexis alteram amplectens, ad flexuræ angulos superne scabra; Valvula interior angustior, acuta, inferne convexa, superiori parte compressa & carina scabra; margine tantum utrinque linea viridi notata.

COROLLAE Valvula altera convexa, membranacea ciliata, apice fissa, mutica aut ex fissura aristam scabram, longam, contortam, inferne rubram vel fuscam,

primo rectum dein reflexum exerens. Valvula altera membranacea, acuta, integra, dorso plana, marginibus inflexa, ad flexuræ angulos ciliata.

FILAMENTA tria, corolla breviora. Antheræ oblongæ, utrinque bifidæ.

GERMEN ovatum, glabrum. Styli duo, paucissimis villis inspersi. Stigmata penicilliformia; in aliis flosculis purpurea tota; in aliis apice viridia, basi autem purpureo colore tincta.

SEMEN ovatum, fuscum, sæpe stylis persistentibus coronatum.

Mari.

CALYCIS Valvula exterior major, dorso impressa, margine inflexa, ad flexuræ angulos scabra; Valvula interior brevior, lineis viridibus scabrisque notata, dorso gibba, apice compressa.

COROLLAE Valvula, calycinæ valvulæ gibbæ proxima, brevis, margine ciliata, apice bifida, semper mutica; Valvula altera duplo longior, integra, marginibus inflexa, ad flexuræ angulos ciliata.

STAMINA ut in hermaphrodito.

PISTILLUM modo nullum, modo imperfectum.

Tota planta avide voratur a bovibus, præbetque optimæ notæ cibum. Semina vorantur a fringillis, loxiis, gallinis; colliguntur a pauperibus Liburniæ incolis; immiscentur aliis cerealibus, pani conficiendo aptis natis. Libra una radicis dat uncias duas cum semisse extracti liquidi, quod odorem gratum, saporemque salsum præfefert, plusque virtutis, quam extractum radicis Tritici repentis, spondet.

F. 1. Inferior plantæ pars. 2. Suprema pars culmi paniculam sustinens. 3. Spicula hermaphrodita & 4. spicula masculina aucta. 5. Pistillum auctum. 6. Semen naturali magnitudine. 7. Idem auctum.

HOLCUS LANATUS. Tab. 2.

H. glumis bifloris villosis, flosculo hermaphrodito mutico; masculo aristato, arista recurva valvula sua breviore. *Sp. pl. p. 1485. Scop. carn. tom. 2. p. 273. Schreb. gr. p. 145. t. 20. f. 1. Pollich. palat. tom. 2. p. 634. Leers herb. p. 221. t. 7. f. 6.*

Gramen pratense, paniculatum, molle. *Bauh. pin. 2. Scheuchz. agr. 234.*

In pratis, præcipue humidis. Fl. Junio, Julio.

RADIX fibrosa, fusca, perennis.

CULMI teretes, striati, leves, molli villo, ut tota planta, pubescentes, geniculati, erecti aut basi decumbentes; aliqui sesquipedales; alii altiores.

FOLIA striata, mollia, superiori parte plana, ima canaliculata. Vaginæ striatæ; infimæ purpurascentes; reliquæ pallide virides; suprema longissima, ampliata, brevissimum folium sustinens. Ligula brevis, truncata, denticulata, dorso tantum villosa.

PANICULA ex rubro & viridi varia, erecta; florens patula. Rachis subteres, flexuosa, alternis dentibus exasperata. Rami compressi; inferne terni vel bini; apicem versus solitarii ex singulis racheos dentibus exeuntes.

SPICULAE oblongæ, acutæ, compressæ, bifloræ: flosculis basi pilis paucis cinctis; flosculo inferiore hermaphrodito; superiore mare.

CALYCIS Valvulæ duæ, inæquales, apice compressæ, margine membranaceo ciliatæ, carina scabræ, virides aut purpurascentes; Valvula minor li-

nea dorfali unica; Valvula major lineis tribus longitudinalibus diftincta: linea intermedia in ariftam breviffimam definente.

Hermaphrodito.

COROLLAE Valvula exterior concava, viridis, obtufiufcula, mutica, fuperne ciliata, apice & carina fcabra; Valvula interior membranacea, obtufa, margine inflexa, ad flexuræ angulos viridis ciliataque.

FILAMENTA tria, corolla longiora. Antheræ oblongæ, utrinque bifidæ.

GERMEN obovatum, glabrum. Styli plumofi. Stigmata fimplicia.

SEMEN ovatum, fufcum, nitidum.

Mari.

COROLLAE Valvulæ valvulis floris hermaphroditi fimiles, excepta valvula externa, quæ fub apice ariftam brevem, recurvam emittit.

STAMINA ut hermaphrodito.

PISTILLUM minimum, abortiens. Styli fimplices; aut piftilli loco tuberculum ftylis deftitutum.

F. 1. Planta. 2. Calycis valvulæ auctæ. 3. Flosculi duo aucti. 4. Piftillum auctum. 5. Semen nat. magn. 6. Idem auctum.

HOLCUS MOLLIS. Tab. 3.

H. fpiculis bifloris, flofculis hermaphroditis: flofculo inferiore mutico; fuperiore ariftato, arifta valvula fua longiore. *Sp. pl. p.* 1485. *Schreb. gr. p.* 149. *t.* 20. *f.* 2. *Pollich. palat. tom.* 2. *p.* 633. *Curtis lond. Leers herb. p.* 220. *t.* 7. *f.* 7.

Gramen caninum, paniculatum, molle. *Raji hift. p.* 1285. *Scheuchz. agr.* 235.

Ad margines fylvarum, in pratis humidis Styriæ, Tyrolis, Bohemiæ, Auftriæ inter *Weinra & Gratzen.* Fl. æftate.

RADIX perennis, teres, valde repens, fquamis oblongis veftita, articulata, ex articulis fibras tenuiffimas fpargens.

CULMI teretes, ftriati, geniculis villofis intercepti; alii erecti; alii adfcendentes, & ex geniculis terræ aut mufcis immerfis radices agentes.

FOLIA plana, ftriata, mollia, pallide viridia, minutiffimis pilis infperfa, ad oras fcabra. Vaginæ ftriatæ, glabræ. Ligula glabra, truncata, dentata.

PANICULA oblonga, erecta, acuta, patens. Rachis flexuofa, ftriata, fcabra; apicem verfus compreffa; inferiori parte teres. Rami compreffi, fetis brevibus hispidi; ex inferioribus racheos dentibus bini aut terni; ex fummis folitarii alternatim egredientes.

SPICULAE ovato-lanceolatæ, acutæ, duobus flofculis hermaphroditis fertilibusque conflantes.

CALYCIS Valvulæ duæ, membranaceæ, acutæ, compreffæ, ex flavefcenti, albo & purpureo variæ: Valvula inferior anguftior linea dorfali viridi, pilis infperfa, unica; Valvula fuperior amplior lineis fimilibus tribus diftincta.

COROLLAE Valvula exterior viridis compreffa, lineis longitudinalibus, obfoletis notata, carina fcabra; in flofculo inferiore mutica; in fuperiore bafi pilis albis ftipata & fub apice ariftam fcabram, primo rectam, dein reflexam, valvula fua longiorem, exerens. Valvula interior membranacea, apice bifida vel trifida, marginibus inflexa, ad flexuræ angulos pilis infperfa.

FILAMENTA tria, corolla longiora. Antheræ oblongæ, utrinque bifidæ.

GERMEN obovatum, glabrum. Styli brevissimi. Stigmata penicilliformia.

SEMEN ovatum, fuscum.

F. 1. Planta. 2. Calycis gluma aucta. 3. Flosculi duo aucti. 4. Pistillum auctum. 5. Semen nat. magn. 6. Idem auctum.

HOLCUS ODORATUS. Tab. 4.

H. spiculis trifloris: flosculo intermedio hermaphrodito diandro; lateralibus masculis triandris. *Sp. pl. p.* 1485.

Gramen paniculatum, odoratum. *Bauh. pin.* 7. *Scheuchz. agr.* 236. *t.* 4. *f.* 26.

In nemoribus, ad margines sylvarum. Fl. Martio, Aprili.

RADIX teres, ramosa, fusca, fibris plurimis aucta, odorem asperulæ odoratæ, tota planta, spargens, perennis.

CULMI erecti, compressi, striati, glabri, foliorum vaginis vestiti, prope basin geniculis aliquot intercepti, pedales circiter.

FOLIA plana, striata, glabra, margine aculeis, sursum tendentibus, scabra, facie glaucescentia, dorso læte viridia & aspera; aliqua erecta; patentia alia. Vaginæ striatæ, glabræ; infimæ purpurascentes; reliquæ pallide virides; suprema longissima, modo aphylla, modo brevissimum folium sustinens. Ligula brevis, acuta; junior integra; adultior fissa.

PANICULA oblonga, erecta aut apice inclinata; florens patula; contracta ante & post florescentiam. Rachis flexuosa, profunde striata, apicem versus scabriuscula. Rami alterni, scabri; gemini vel solitarii singulis racheos dentibus insidentes. Ramuli ad spicularum basin pilis brevibus obsiti.

SPICULAE ovatæ, obtusæ, triflore: flosculis alternis; exterioribus duobus masculis; intermedio hermaphrodito.

CALYCIS Valvulæ duæ, subæquales, acutæ, nitidæ, virides aut ex viridi & purpureo variæ, lineis tribus longitudinalibus notatæ, margine membranaceæ, dorso compressæ, carina aculeis raris exasperatæ.

Maribus.

COROLLAE Valvula exterior ovata, margine ciliata; in flosculo infimo apice bifida & ex fissura aristam brevissimam emittens; in flosculo superiore bipartita aut bifida protrudensque e fissura aristam, valvula sua paulo longiorem, primo rectam, dein recurvam; in utroque dorso convexa & lineis quinque, brevibus pilis inspersis, distincta: linea intermedia supra valvulæ divisuram in duas partes divisa; Valvula interior mutica, dorso plana, apice bifida, margine inflexa, ad flexuræ angulos ciliata.

FILAMENTA tria, capillaria, flosculo longiora. Antheræ lineares, utrinque bifidæ.

PISTILLUM nullum.

Hermaphrodito.

COROLLAE Valvula exterior latior, ventricosa, dorso carinata atque aculeis exasperata, margine ciliata; in aliquibus flosculis mutica; in aliis brevissima arista armata; Valvula interior angustior, compressa, carina scabra.

STAMINA duo.

GERMEN ovatum, minimum. Styli duo. Stigmata penicilliformia.

SEMEN ovatum, fuscum.

F. 1. Planta. 2. Spiculæ flosculi tres, calyce destituti, aucti. 3. Pistillum auctum. 4. Semen nat. magn. 5. Idem auctum.

ANTHOXANTHUM ODORATUM. Tab. 5.

A. spica oblongo-ovata, spiculis unifloris subpedunculatis, corollæ valvulis aristatis. *Sp. pl. p. 40. Fl. Dan. t. 666. Schreb. gr. p. 49. t. 5. Leers herb. p. 7. t. 2. f. 1. Pollich. pal. tom. 1. p. 16.*

Gramen pratense, spica flavescente. *Bauh. pin. 3. Scheuchz. agr.* [illegible].

In pratis, pascuis montanis & alpinis. Fl. in demissis Aprili, Majo; in alpibus tota æstate.

RADIX fibrosa, plures culmos foliorumque fasciculos promens, gratum, ut reliquæ plantæ partes, odorem spargens, perennis.

CULMI erecti, teretes, striati, glabri, læves, tribus vel quatuor geniculis intercepti; aliqui semipedales; alii pedales; multi pede longiores.

FOLIA brevia, lata, plana, striata, glabra vel tantum basin versus pubescentia, margine scabra, ad vaginæ exortum pilis aliquot longis ciliata. Vaginæ teretes, striatæ, glabræ vel pubescentes. Ligula brevis, obtusa, inæqualiter & acute denticulata.

SPICA oblongo-ovata, sæpe interrupta, basi attenuata, erecta tota, aut superiore parte incurvata; junior viridis; adultior flavescens. Rachis subteres, striata, glabra, lævis. Rami brevissimi, alterni, solitarii, paucis setulis inspersi.

SPICULAE oblongæ, erectæ, acuminatæ, unifloræ, basi torosulæ, apice compressæ; multæ, præcipue in spicæ ima parte, imperfectæ & steriles.

CALYCIS Valvulæ duæ, inæquales, acuminatæ, muticæ, carinatæ, glabræ; Valvula inferior duplo brevior, membranacea, flavescens, carina viridis & scabra; Valvula superior margine membranacea ac flava, dorso viridula & tribus lineis asperis notata.

COROLLAE Valvulæ duæ, subæquales, membranaceæ, obtusæ, crenulatæ, fusco villo tectæ, ferrugineæ, aristatæ: arista altera e valvulæ suæ basi spiculaque longiore; altera vero e valvulæ suæ dorsi medio oriente, ac spicula breviore.

NECTARII Valvulæ duæ, longitudine æquales, glabræ, læves, muticæ, obtusæ; Valvula exterior amplior, striata; Valvula interior angustior, germen amplectens.

FILAMENTA duo, corolla longiora. Antheræ oblongæ, utrinque bifidæ.

GERMEN obovatum, glabrum. Styli duo, filiformes. Stigmata villosa.

SEMEN ovatum, glabrum, acutiusculum.

Ab hoc gramine, quod in omni solo læte vegetat, pendet odor foeni alpini gratissimus.

F. 1. Planta. 2. Spicula & 3. corolla aucta. 4. Nectarii valvulæ auctæ. 5. Pistillum auctum. 6. Semen nat. magn. 7. Idem auctum.

BROMUS GIGANTEUS. Tab. 6.

B. panicula nutante, spiculis multifloris: aristis flexuosis flosculo longioribus. *Sp. pl. p. 114. Curtis lond. Fl. Dan. t. 420. Leers herb. p. 38. t. 10. f. 1. Schreb. gr. p. 88. t. 11. Pollich. palat. tom. 1. p. 115. Hall. hist. n. 1510.*

Festuca gigantea. *Vill. delph. 2. p. 110. Smith. brit. vol 1. p. 120.*

Gramen bromoides, aquaticum, latifolium, panicula sparsa, tenuissime aristatu. *Scheuchz. agr. 264. t. 5. f. 17.*

In sylvis humidis, ad fluvios. Fl. a Junio ad Augustum.

RADIX crassa, lignescens, fusca, plurimis fibris capillata, perennis.

CULMI teretes, striati, glabri, læves, pluribus geniculis distincti, erecti toti, vel basi decumbentes; alii tripedales; alii altiores.

FOLIA longa, lata, glabra, ad oras & superiorem costæ partem aspera; ima parte canaliculata; apicem versus plana. Vaginæ subteretes, glabræ, læves; inferiores purpurascentes; reliquæ virides. Ligula brevis, truncata.

PANICULA valde sparsa, laxa, apice nutans; in aliis culmis semipedalis: in aliis pedalis. Rachis superne flexuosa, triquetra, scabra; inferne lævis atque altero latere convexa, altero plana, quandoque inter dentes duos inferiores sulcata. Rami longissimi, laxi, flexuosi, compressi, scabri; superiores solitarii; inferiores gemini singulis racheos dentibus insidentes.

SPICULAE longæ, lineari-lanceolatæ, compressiusculæ, multifloræ, aristis flexuosis, & sæpe inter se intricatis munitæ.

CALYCIS Valvulæ duæ, inæquales, acuminatæ, superiori carinæ parte scabræ, margine membranaceæ, raris brevissimisque pilis ciliatæ; Valvula major lineis longitudinalibus tribus; Valvula minor duabus aut unica notata.

COROLLAE Valvula exterior oblonga, lineata, scabra, sub apice aristam tenuissimam, flexuosam, mollem, valvula sua multo longiorem, emittens; Valvula interior angustior, brevior, plana, apice acuto integra vel bifida, margine inflexa, ad flexuræ angulos viridis aculeisque ciliata.

FILAMENTA tria, capillaria, corolla breviora. Antheræ oblongæ, utrinque bifidæ.

GERMEN rotundum, glabrum. Styli pilosi. Stigmata simplicia.

SEMEN oblongum, fuscum, dorso convexum, facie longitudinaliter excavatum.

Cl. Smith l. c. dicit, F. suæ giganteæ valvulam interiorem non esse pectinato-ciliatam, aristam non terminalem, radicem esse perennem; dein sub Bromo sylvatico asserit: valvulam interiorem pectinato-ciliatam illi certius Bromi indicium præbere, quam aristæ insertio. Sit pace cel. viri dictum: si in hoc Bromi caracter consisteret, tunc Festucæ, Tritici aliorumque generum species ad Bromum amandandæ essent, cum in plerisque, non, ut dicit, margo, sed flexuræ anguli ciliati sunt.

F. 1. Planta. 2. Spicula aucta. 3. Flosculus auctus. 4. Pistillum auctum. 5. Semen nat. magn. 6. Idem auctum.

BROMUS ASPER. Tab. 7.

B. panicula ramosa nutante scabriuscula, spiculis oblongis subteretibus multifloris aristatis, culmo foliorumque vaginis hirtis. *Ait. Kew. tom. 1. p. 109. Linn. suppl. 111. Smith. brit. vol. 1. p. 133.*

Bromus ramosus. *Syst. veget. p.* 102.

Bromus hirsutus. *Curtis lond.*

Bromus montanus. *Scop. carn. tom.* 1. *p.* 82. *Retz. scand.* 124. *obs. bot. fasc.* 2. *p.* 8.

Gramen bromoides, montanum, hirsutum, panicula minus sparsa, corniculata. *Scheuchz. agr.* 263. *t.* 5. *f.* 16.

In sylvis, nemoribus, ad sepes. Fl. Junio, Julio.

RADIX lignosa, fusca, fibris copiosis firmata, perennis.

CULMI erecti, teretes, striati, scabri, setis brevibus, rigidis hispidi, geniculis pallide viridibus vel purpurascentibus intercepti, interne medulla farcti; alii tripedales; alii longiores.

FOLIA lata, canaliculata, scabra, margine dorsoque, præcipue prope basin, pilis longis consita. Vaginæ teretes; striatæ; suprema cum folio suo glabra; reliquæ longis plurimisque setis exasperatæ. Ligula lata, obtusa, glabra, fuscescens.

PANICULA laxa, parum sparsa, apice nutans; sæpe palmaris; aliquando longior. Rachis flexuosa, angulata, scabra. Rami flexuosi, scaberrimi, ex superioribus racheos dentibus solitarii, ex inferioribus bini seu terni alternatim exeuntes.

SPICULAE longæ, teretiusculæ, scabræ, e pluribus flosculis compositæ, virides totæ, vel ex viridi & purpureo variæ.

CALYCIS Valvulæ duæ, inæquales, glabræ, compressæ, carinatæ, margine membranaceæ; Valvula inferior duplo angustior, acuminata, unica linea, per dorsi medium decurrente, notata; Valvula altera major, lineis tribus, scabris distincta: linea intermedia plerumque in aristam brevissimam desinente.

COROLLAE Valvula exterior oblonga, margine membranacea, dorso convexiuscula, lineata, scabra, sub apice fisso in aristam, valvula sua breviorem, desinens; Valvula interior brevior, membranacea, apice bifida, ad margines inflexa & ad flexuræ angulos ciliata.

FILAMENTA tria, capillaria, corolla breviora. Antheræ longæ, lineares, utrinque bifidæ.

GERMEN subovatum, apice villosum. Styli duo, plumosi. Stigmata simplicia.

SEMEN oblongum, dorso convexiusculum, facie sulcatum.

F. 1. Planta. 2. Flosculus auctus. 3. Pistillum auctum. 4. Semen nat. magn. 5. Idem auctum.

BROMUS LITOREUS. Tab. 8.

B. panicula diffusa, ramis elongatis laxis, spiculis oblongis subquadrifloris glabris brevissime aristatis. *Retz. scand. p.* 140. *Hall. hist. n.* 1511.

Festuca arundinacea. *Vill. delph.* 2. *p.* 106. *t.* 4.

Gramen arundinaceum, locustis viridi-spadiceis, loliaceis, brevius aristatis. *Scheuchz. agr.* 266 *t.* 5. *f.* 18.

Ad Danubii aliorumque fluviorum ripas, ad lacus, in pratis humidis. Fl. Junio, dein iterum Autumno.

RADIX e fibris crassis, fordide albicantibus composita, densum foliorum culmorumque cespitem emittens, perennis.

CULMI teretes, profunde striati, glabri ac læves, uno alterove geniculo plerumque reclines, tripedales vel quadripedales.

FOLIA lata, carinata, profunde striata, dorso, facie, præsertimque ad oras,

aculeis aspera, prope basin utrinque ciliata, cæterum tota glabra; inferiora horizontaliter patentia; reliqua erecta. Vaginæ glabræ, scabræ. Ligula brevissima, truncata, ciliata; primo integra & viridis; dein fusca atque multifida.

PANICULA lata, sparsa laxaque, palmaris aut pedalis. Rachis flexuosa, glabra; inferne lævis, uno latere convexiuscula, altero canaliculata; superiori parte angulata, & ad angulos scabra. Rami elongati, laxi, flexuosi, angulati, scabri; inferiores bini; reliqui solitarii singulis racheos dentibus insidentes.

SPICULAE oblongæ, compressæ, glabræ, aristatæ, quatuor circiter flosculis constantes.

CALYCIS Valvulæ duæ, inæquales, acuminatæ, glabræ, muticæ, carina læves, margine membranaceo albæ, reliqua parte virides lævique purpura suffusæ; Valvula major tribus lineis longitudinalibus; Valvula minor linea unica notata.

COROLLAE Valvula exterior oblonga, dorso convexiuscula, quinque lineis scabris distincta, margine membranacea, apice fissa, atque ex fissura aristam brevem, rectam exerens, viridis & tantum marginem ac apicem versus purpurascens. Valvula interior oblonga, membranacea, lanceolata, acuta, margine inflexa, ad flexuræ angulos viridis & ciliata.

FILAMENTA tria, corolla breviora. Antheræ lineares, longæ, utrinque bifidæ.

GERMEN subrotundum, glabrum. Styli plumosi. Stigmata simplicia.

SEMEN obovatum, dorso convexum, facie canaliculatum.

F. 1. Planta. 2. Flosculus auctus. 3. Pistillum auctum. 4. Semen nat. magn. 5. Idem auctum.

BROMUS INERMIS. Tab. 9.

B. panicula erecta, spiculis subteretibus subulatis nudis submuticis. *Syst. veget. p. 119. Pollich. palat. tom. 1. p. 111. Schreb. gr. p. 93. t. 13.*

In pratis, collibus, ad vias, vineas. Fl. Junio.

RADIX perennis, teres, repens, valde ramosa, squamis oblongis, acuminatis, striatis tecta.

CULMI erecti, teretes, striati, læves, geniculis pluribus, villosis intercepti; aliqui sesquipedales; multi altiores.

FOLIA plana, rigida, glabra, ad oras & costam scabra. Vaginæ teretes, glabræ. Ligula brevissima, truncata, glabra.

PANICULA longa, erecta aut apice inclinata; florens patentissima; coarctata ante & post florescentiam. Rachis angulata; ima parte lævis; superiore flexuosa atque scabra. Rami flexuosi, scabri, breves; alii ad basin; alii in medio; aliqui ad spiculæ exortum bractea, lineari-lanceolata, acuta, purpurascente donati; multi ebracteati.

SPICULAE oblongæ, subteretes, multifloræ, virides seu purpurascentes.

CALYCIS Valvulæ duæ, inæquales, oblongæ, compressiusculæ, carina scabræ, margine membranaceæ; Valvula major tribus lineis longitudinalibus; Valvula minor linea unica, per dorsi medium longitudinaliter decurrente, notata.

COROLLAE Valvula exterior oblonga, glabra, concava, superne dilatata, apice bifida, mutica, aut ex fissura aristam brevissimam emittens, dorso lineis sep-

tem longitudinalibus distincta: lineis tribus alternis eminentibus, scabris; reliquis quatuor obsoletis, lævibus; Valvula interior lanceolata, apice integra, marginibus inflexa, ad flexuræ angulos viridis ac ciliata.

FILAMENTA tria, corolla breviora. Antheræ lineares, longæ, utrinque bifidæ.

GERMEN turbinatum, apice villosum. Styli plumosi. Stigmata simplicia.

SEMEN oblongum, basi angulatum, dorso convexum, facie canaliculatum, apice villosum.

F. 1. Planta. 2. Flosculus auctus. 3. Pistillum auctum. 4. Semen nat. magn. 5. Idem auctum.

BROMUS AGRESTIS. Tab. 10.

B. panicula erecta, spiculis oblongis villosis, aristis rectis corollæ gluma brevioribus. *Allion. ped. tom. 2. p. 249. Hall. hist. n. 1507.*

Bromus erectus. *Smith. brit. vol. 1. p. 131.*

Bromus perennis. *Vill. delph. 2. p. 122.*

Gramen bromoides, pratense, foliis præter culmum angustissimis, rara lanugine villosis. *Scheuchz. agr. 255. t. 5. f. 13.*

In pratis, collibus, secus vias. Fl. æstate.

RADIX fibrosa, fusca, perennis.

CULMI erecti, teretes, striati, glabri, geniculis purpurascentibus vel viridibus instructi; alii sesquipedales; aliqui altiores.

FOLIA erecta, dura, canaliculata, margine carinaque aculeis scabra, facie glabra, dorso & ad oras pilosa; inferiora copiosioribus pilis inspersa; superiora paucioribus; unum alterumve supremum plerumque glabrum. Vaginæ teretes, læves; suprema longissima, glabra; reliquæ breves & pilosæ. Ligula brevis, obtusa, ciliata.

PANICULA erecta, parum sparsa, bipollicaris vel longior. Rachis flexuosa, angulata, scabra. Rami breves, flexuosi, scabri, hispiduli, simplices, & simplicibus pauci ramosi intermixti; in superiore parte solitarii; in inferiore plures ex singulis racheos dentibus exeuntes.

SPICULAE oblongæ, multifloræ, purpurascentes seu pallide virides, quandoque ex purpureo viridique variæ; primo teretiusculæ; dein compressæ.

CALYCIS Valvulæ duæ, inæquales, oblongæ, acuminatæ, compressæ, carinatæ, margine membranaceæ, ciliatæ, superiori carinæ parte asperæ; Valvula major tribus lineis; Valvula minor linea dorsali unica distincta.

COROLLAE Valvula exterior oblonga, dorso villosa, lineata: lineis duabus alternis tenuioribus pallidioribusque, margine membranacea, apicem versus compressa carinaque scabra, aristam sub apice rectam, valvula sua breviorem, exerens. Valvula interior lanceolata, apice plerumque bifida, marginibus inflexa, ad flexuræ angulos viridis & pilis inspersa.

FILAMENTA tria, corolla breviora. Antheræ lineares, utrinque bifidæ.

GERMEN ovatum, apice villosum. Styli plumosi. Stigmata simplicia.

SEMEN oblongum, saturate purpureum, dorso convexum, facie sulcatum, apice villosum.

F. 1. Planta. 2. Flosculus auctus. 3. Pistillum auctum. 4. Semen nat. magn. 5. Idem auctum.

BROMUS MULTIFLORUS. Tab. 11.

B. panicula patente, spiculis ovato-lanceolatis compressis multifloris, aristis corollæ gluma longioribus. *Sp. pl. ed. Willd. p. 428. Weigel obs. bot. 2. t. 1. f. 1. Smith brit. vol. 1. p. 126.*

Bromus secalinus. *Leers herb. p. 36. t. 11. f. 2.*

Festuca graminea, glumis hirsutis. *Bauh. pin. 9. Scheuchz. agr. 250. t. 5. f. 9.*

Inter segetes, ad vias, sepes. Fl. Junio.

RADIX fibrosa, annua.

CULMI teretes, glabri, læves, geniculis purpurascentibus, villosulis aut glabris intercepti, sesquipedales vel pedales; alii erecti; alii basi decumbentes.

FOLIA plana, mollia, margine scabra, tam dorso quam facie villosa. Vaginæ teretes, striatæ, denso villo tectæ. Ligula brevis, obtusiuscula, incisa.

PANICULA oblonga, patens, apice nutans. Rachis inferne subteres, glabra, lævis; superne angulata, flexuosa, scabra. Rami longi, tenues, scabri, laxi; prope basin plures; apicem versus pauciores; in apice solitarii ex singulis dentibus prodeuntes.

SPICULAE oblongæ, ovato-lanceolatæ, glabræ, compressiusculæ, pluribus flosculis constantes.

CALYCIS Valvulæ duæ, concavæ, glabræ, acutiusculæ, margine membranaceæ, superiori dorsi parte scabræ; Valvula major brevissima arista armata, dorsoque novem lineis distincta; Valvula minor mutica, atque septem lineis notata.

COROLLAE Valvula exterior ampla, concava, margine membranacea, dorso novem lineis scabris distincta: linea intermedia in aristam, valvula sua longiorem, primo rectam, dein reflexam, sub apice bifido desinente; Valvula interior lanceolata, obtusa, membranacea, valvula exteriore brevior ac angustior, margine inflexa, ad flexuræ angulos ciliata.

STAMINA tria, brevissima, plerumque intra glumæ cavum abscondita. Filamenta capillaria. Antheræ brevissimæ, utrinque bifidæ.

GERMEN turbinatum, apice villosum, basi squamis duabus ovatis cinctum. Styli plumosi. Stigmata simplicia.

SEMEN oblongum, dorso convexum, facie sulcatum.

F. 1. Planta. 2. Flosculus auctus. 3. Pistillum auctum. 4. Semen nat. magn.

BROMUS SECALINUS. Tab. 12.

B. panicula patente, spiculis ovato-oblongis, aristis corollæ gluma brevioribus. *Sp. pl. p. 112. Smith. brit. vol. 1. p. 125. Pollich. palat. tom. 1. p. 108.*

Bromus vitiosus. *Weigel obs. p. 4. t. 1. f. 2.*

Festuca graminea, glumis glabris. *Scheuchz. agr. 251. t. 5. f. 10.*

Inter segetes, alibique. Fl. Junio, Julio.

RADIX tenuis, fusca, fibris plurimis firmata, annua.

CULMI teretes, striati, glaberrimi, geniculis quatuor circiter, viridibus intercepti, erecti vel basi decumbentes.

FOLIA lata, striata, pallide viridia, ciliata, ad oras & costam scabra, facie pilis candidis inspersa. Vaginæ teretes, glabræ, striatæ. Ligula brevis, alba, obtusa; primo denticulata; tandem lacera.

PANICULA patens, triuncialis circiter; in aliis individuis erecta; apice nutans in aliis. Rachis inferne subteres, lævis, striata; superne flexuosa, scabriuscula. Rami flexuosi, scabri; alii simplices; alii ramosi; ex superioribus racheos dentibus solitarii; ex inferioribus plures egredientes; aliqui circa basin aut in medio bracteis duabus aut unica, lineari-lanceolata, acuminata, carina scabra donati; multi ebracteati.

SPICULAE ovato-oblongæ, compressæ, multifloræ.

CALYCIS Valvulæ duæ, inæquales, virides, acutæ, muticæ, margine membranaceæ, dorso scabræ; Valvula major apice ciliata, dorso novem lineis notata; Valvula minor, angustior, brevior, tribus tantum lineis distincta.

COROLLAE Valvula exterior glaberrima, obtusa, bifida: laciniis modo fissis, modo integris, margine membranacea, dorso scabriuscula & septem lineis notata, aut mutica aut sub apice aristam rectam, tortuosam, valvula sua multo breviorem, emittens; Valvula interior oblonga, membranacea, apice integra seu bifida, marginibus inflexa, ad flexuræ angulos viridis atque ciliata.

FILAMENTA tria, corolla breviora. Antheræ utrinque bifidæ.

GERMEN turbinatum, apicem versus villosum. Styli plumosi. Stigmata simplicia.

SEMEN oblongum, basi attenuatum, dorso convexum, facie sulcatum.

F. 1. Planta. 2. Flosculus auctus. 3. Pistillum auctum. 4. Semen nat. magn. 5. Idem auctum.

BROMUS SQUARROSUS. Tab. 13.

B. panicula nutante subsimplici, spiculis ovato-oblongis: aristis divaricatis. *Sp. pl. p.* 112.

Festuca graminea, glumis vacuis. *Bauh. pin.* 9. *Scheuchz. agr.* 251. *t.* 5. *f.* 11.

Gramen phalaroides, acerosum, nutante spica. *Barr. ic.* 24. *f.* 1.

In arenosis, sterilibus Istriæ. Fl. Junio.

RADIX fibrosa, fusca, annua.

CULMI teretes, striati, villosi, geniculati, erecti vel ad genicula inferiora infracti & basi decumbentes; aliqui pedales; alii pede altiores.

FOLIA plana, mollia, striata, villosa. Vaginæ striatæ, teretes, denso villo tectæ. Ligula brevis, villosa; primo integra; tandem fissa.

PANICULA laxa, apice nutans. Rachis flexuosa, scabra, dentibus alternis, atque circa basin pilis raris cinctis, exasperata; spicem versus compressa; inter dentes inferiores alternatim convexiuscula, alternatim plana. Rami laxi, compressi, scabri, apice incrassati, pauci ramosi; inferiores quini circiter; reliqui pauciores; supremi solitarii ex singulis racheos dentibus prodeuntes.

SPICULAE valde magnæ, compressæ, plurimis flosculis constantes, ut tota planta, plus vel minus villosæ, pallide virides aut lævi purpura suffusæ.

CALYCIS Valvulæ duæ, muticæ, inæquales, acutiusculæ, margine membranaceo ciliatæ; Valvula major lineis undecim; Valvula minor quinque tantum distincta.

COROLLAE Valvula exterior margine membranaceo ciliata, valvula interiore longior ampliorque, dorso novem lineis notata: linea intermedia in aristam primo rectam, post perfectum florescentiæ negotium reflexam, horizontaliterque pa-

tentem, fub apice bifido defінente; Valvula interior oblonga, obtufa, apice integra, marginibus inflexa, ad flexuræ angulos ciliata.

FILAMENTA tria, corolla breviora. Antheræ oblongæ, lineares, utrinque bifidæ.

GERMEN bafi attenuatum & glabrum, circa apicem dilatatum atque villofum. Styli plumofi. Stigmata fimplicia.

SEMEN oblongum, tenue, bafi attenuatum, apice obtufum villofumque, dorfo convexum, facie fulcatum.

F. 1. Planta. 2. Flofculus auctus. 3. Piftillum auctum. 4. Semen nat. magn. 5. Idem auctum.

BROMUS ARVENSIS. Tab. 14.

B. panicula effufa nutante, fpiculis ovato-oblongis. *Sp. pl. p. 113. Pollich. palat. tom. 1. p. 113. Leers herb. p. 37. t. 11. f. 3.*

Feftuca graminea, juba effufa. *Bauh. pin. 9. Scheuchz. agr. 262. t. 5. f. 15.*

Ad fepes, vias, inter fegetes. Fl. Junio, Julio.

RADIX fibrofa, fusca, annua.

CULMI erecti, teretes, ftriati, glabri, tantum ad paniculæ exortum fcabri, geniculati: geniculo fupremo fcabro; reliquis pubefcentibus.

FOLIA plana, ftriata, raris pilis infperfa, margine fcabra. Vaginæ teretes, ftriatæ; inferiores denfo villo pubefcentes; fuperiores aut glabræ aut raris pilis infperfæ. Ligula longa, obtufiuscula, multifida.

PANICULA oblonga, lata; florens erecta; nutans ante & poft florefcentiam. Rachis angulata, fcabra, fuperiori parte flexuofa. Rami elongati, graciles, fcabri; ex infimo racheos denticulo feni aut quini; ex reliquis pauciores; tandem ex fupremis folitarii alternatim egredientes; alii toti nudi; pauci ad bafin feu apicem bractea oblonga, lanceolata, acuminata ftipati.

SPICULAE oblongæ, teretiusculæ, glabræ, multifloræ, virides aut ex purpureo & viridi variæ.

CALYCIS Valvulæ duæ, inæquales, compreffæ, margine membranaceæ, carina fcaberrimæ; Valvula major quinque lineis notata: linea intermedia fub apice in ariftam breviffimam definente; Valvula minor mutica, magis compreffa, tribusque lineis diftincta.

COROLLAE Valvula exterior ampla, margine membranacea, dorfo feptem lineis fcabris diftincta, fub apice bifido ariftam rectam, valvula fua longiorem, unicam, raro duas exerens; Valvula interior oblonga, membranacea, margine inflexa, ad flexuræ angulos viridis ciliataque, apice modo integra, modo bifida.

FILAMENTA tria, corolla breviora. Antheræ oblongæ, utrinque bifidæ, ex glumæ cavo prominentes.

GERMEN turbinatum, apicem verfus villofum. Styli plumofi. Stigmata fimplicia.

SEMEN oblongum, dorfo convexum, facie fulcatum, bafi attenuatum, apice obtufum villofumque.

F. 1. Planta. 2. Flofculus auctus. 3. Piftillum auctum. 4. Semen nat. magn. 5. Idem auctum.

BROMUS TECTORUM. Tab. 15.

B. panicula nutante, spiculis linearibus. *Sp. pl. p.* 114. *Pollich. palat. tom.* 1. *p.* 114. *Leers herb. p.* 38. *t.* 10. *f.* 2. *Hall. hist. n.* 1508.

In tectis, muris vetustis, ad vias, alibique. Fl. Majo, Junio.

RADIX fibrosa, gracilis, fusca, annua, unum vel plures culmos promens.

CULMUS teres, striatus, erectus aut adscendens; inferne glaber; superne brevi villo pubescens.

FOLIA plana, striata, villosa, margine ciliata. Vaginæ teretes, striatæ, pilis inspersæ. Ligula incisa.

PANICULA primo erecta & contracta; post florescentiam nutans. Rachis scabra, villosa. Rami brevissimis pilis inspersi, compositi; primo erecti; dein laxi; ex inferioribus racheos dentibus sex vel octo; ex superioribus pauciores; ex supremis solitarii exeuntes.

SPICULAE oblongæ, lineares, subteretes, pubescentes; pauciforæ.

CALYCIS Valvula inferior lanceolata, acuminata, margine membranacea, carina viridis pilisque inspersa; Valvula superior longior, latior, margine membranacea, dorso lineis tribus, pilosis notata; in aliis spiculis apice integra; bifida in aliis.

COROLLAE Valvula exterior oblonga, dorso convexa, pubescens atque septem lineis distincta, margine membranacea, sub apice fisso aristam erectam, valvula sua longiorem, exerens; Valvula interior brevior, lanceolata, apice bifida, margine inflexa, ad flexuræ angulos pilis inspersa.

FILAMENTA tria, brevissima. Antheræ minimæ, utrinque bifidæ.

GERMEN turbinatum, basi, ut germen omnium Bromi specierum, squamis duabus, oblongis cinctum. Styli breves brevibusque pilis consiti. Stigmata simplicia.

SEMEN oblongum, obscure purpureum, dorso convexum, apice pubescens, facie ob margines inflexos canaliculatum.

Si antheras polline foetas, filamentisque affixas invenire cupis; examines flosculos statim post paniculæ evolutionem: si [illegible] tardius præstare tentaveris, antheras efoetas, e filamentis disreptas apicique germinis elongati affixas invenies, plantamque inter gynandras numerabis.

F. 1. Planta. 2. Corollæ valvulæ auctæ. 3. Pistillum cum staminibus, squamisque duabus, basin germinis cingentibus, auctum. 4. Semen nat. magn. 5. Idem auctum.

BROMUS STERILIS. Tab. 16.

B. panicula patula, ramis subsimplicibus spicula longioribus, flosculis longe aristatis. *Sp. pl. p.* 113. *Curtis lond.* *Leers herb. p.* 37. *t.* 11. *f.* 4. *Pollich. pal. tom.* 1. *p.* 112. *Hall. hist. n.* 1505.

Ad vias, in agris, pratis, sylvis demissis. Fl. Junio, Julio.

RADIX fibrosa, fusca, annua.

CULMI teretes, striati, ad paniculæ basin scabriusculi, cæterum læves atque glabri, erecti, vel basi tantum decumbentes, sæpeque ex geniculis terræ immersis radices agentes radicemque teretem, fibris auctam, mentientes.

FOLIA plana, mollia, villoſa, ad ligulæ exortum pluribus longioribusque pilis inſperſa. Vaginæ teretes, ſtriatæ, villoſæ. Ligula glabra, lacera.

PANICULA ampla; primo nutans; dein expanſa. Rachis ſcabra, apice flexuoſa, hinc convexiuſcula, inde plana, quandoque angulata. Rami ſpiculis longiores, plerumque ſimplices.

SPICULAE oblongæ, lineari-lanceolatæ, a quatuor ad octo ſloſculis conſtantes: floſculo uno alterove terminali imperfecto, ſterili.

CALYCIS Valvulæ duæ, acuminatæ, muticæ, carinatæ, dorſo ſcabræ; Valvula inferior brevior, anguſtior, membranacea, nervo dorſali viridi diſtincta: Valvula ſuperior quaſi duplo longior, latior, tribus lineis longitudinalibus notata.

COROLLAE Valvula exterior oblonga, margine membranacea, dorſo convexiuſcula & lineis ſcaberrimis ſeptem diſtincta: linea intermedia in ariſtam inferne viridem, ſuperne purpuraſcentem, valvula ſua duplo longiorem, ſub apice, in duas lacinias acuminatas diviſo, deſinente; Valvula interior duplo brevior, lineari-lanceolata, apice bifida, marginibus inflexa, ad flexuræ angulos viridis piliſque inſperſa.

FILAMENTA tria, breviſſima. Antheræ minimæ, oblongæ, utrinque parum fiſſæ.

GERMEN turbinatum, glabrum. Styli duo, plumoſi, patuli. Stigmata ſimplicia.

SEMEN oblongum, obſcure purpureum, dorſo convexiuſculum, facie ſulcatum.

In omni ſolo copioſum ſemen producit; in pratis humidis læte vegetat, &, ſi ante ſeminis maturitatem ſecetur, cum aliis ſtirpibus copioſum boneque notæ foenum præbet: hinc a botanicis injuſte ſterilitatis accuſatus fuit.

F. 1. Planta. 2. Floſculus auctus. 3. Piſtillum auctum. 4. Semen nat. magn. 5. Idem auctum.

BROMUS MADRITENSIS. Tab. 17.

B. panicula erecta, ſpiculis linearibus, ariſtis longiſſimis, ramis ſubſimplicibus ſpicula brevioribus, floſculis triandris diandriſve. *Syſt. veget. p.* 120. *Vahl ſymb.* 2. *p.* 23.

Bromus diandrus. *Curt. lond.* *Smith. brit. vol.* 1. *p.* 155.

Gramen bromoides, pumilum, locuſtis erectis, majoribus, ariſtatis. *Scheuchz. agr.* 260.

Bromus ſterilis, erecta panicula, major. *Barr. ic.* 76. *f.* 1.

In Litorali ad vias, vineas, in muris vetuſtis. Fl. Majo.

RADIX fibroſa, fuſca, annua.

CULMI teretes, ſtriati, tantum ad paniculæ exortum ſcabri; in ſolo arido vix ſemipedales; in fertiliori pedales; alii obliqui; aliqui toti erecti; multi tantum baſi decumbentes.

FOLIA ſubcanaliculata, rigidiuſcula, pallide viridia, villoſula, ad oras ſuperioremque carinæ partem ſcabra. Vaginæ teretes, pubeſcentes, margine ciliatæ. Ligula brevis, truncata, fiſſa.

PANICULA oblonga bi-aut tripollicaris, ſemper erecta; primum contracta; dein patula. Rachis ſcabra, glabra, altero latere convexiuſcula, altero plana. Rami filiformes, ſcabri, apice incraſſati, plerumque ſimplices, ſpiculis breviores; primo erecti; dein patentes.

SPICULAE oblongæ, lineari-lanceolatæ, virides vel purpurascentes, compositæ e flosculis a quatuor ad sex; in planta florente arcte imbricatis; in fructigera patulis.

CALYCIS Valvulæ duæ, inæquales, glabræ, membranaceæ, muticæ, acuminatæ, carina aculeis scabræ; Valvula inferior brevior, angustior, carina viridis; Valvula superior longior, latior, tribus lineis longitudinalibus notata.

COROLLAE Valvula exterior oblonga, dorso convexiuscula septemque lineis scaberrimis distincta, apice in lacinias duas, membranaceas, acuminatas divisa, sub apice aristam, valvula sua longiorem, exerens; Valvula interior lineari-lanceolata, membranacea, marginibus inflexa, ad flexuræ angulos viridis & ciliata.

STAMINA in aliquibus flosculis duo; tria in aliis. Filamenta brevissima. Antheræ parvæ, ex glumæ cavo prominulæ, utrinque profunde bifidæ.

GERMEN inferne globosum & glabrum, superne villosum. Styli plumosi. Stigmata simplicia.

SEMEN lineare, dorso convexiusculum, facie sulcatum.

Differt a Bromo sterili, cui affinis est, panicula semper erecta; ramis brevioribus, vario staminum numero.

F. 1. Planta. 2. Flosculus auctus. 3. Pistillum auctum. 4. Semen nat. magn. 5. Idem auctum.

BROMUS RUBENS. Tab. 18.

B. panicula fasciculata erecta, spiculis multifloris villosis, flosculis diandris. *Syst. veget. p. 120. Cavan. ic. 1. p. 54. t. 45. f. 2.*

In Litorali ad vias, vineas alibique. Fl. Majo.

RADIX fibrosa, fusca, unicum vel plures culmos promens, annua.

CULMI teretes, striati, leves, geniculati, erecti vel adscendentes; inferiori parte glabri; superiore denso villo tecti; in aridissimo solo triunciales; in fertiliori semipedales.

FOLIA brevia, striata, villosa, obliqua vel varie versa, aliqua facie longioribus pilis inspersa; juniora canaliculata; adultiora plana. Vaginæ teretes, basi glabræ, reliqua parte pubescentes. Ligula acuta; primo integra; dein fissa.

PANICULA erecta. Rachis stricta, villosa, altero latere canaliculata, altero convexiuscula. Rami brevissimi, simplices, villosi, apicem versus incrassati, bini aut solitarii singulis racheos dentibus insidentes; primo erecti & fasciculum sistentes; dein patentes.

SPICULAE oblongæ, rubescentes, villosæ, tumidæ, pro diversa soli natura & expositione a duabus ad decem, plerumque quinqueforæ: flosculis primo arcte imbricatis; dein patulis.

CALYCIS Valvulæ duæ, inæquales, glabræ, acuminatæ, superiori carinæ parte aculeis exasperatæ, margine membranaceæ; juniores ex rubro & viridi variæ; adultiores plerumque totæ rubentes; Valvula inferior brevior, angustior, modo linea longitudinali unica, modo tribus notata; Valvula superior semper lineis tribus notata, apice integra aut bi-vel trifida: laciniis alternis.

COROLLAE Valvula exterior oblonga, apice bifida, dorso convexa, villosa septemque lineis scabris notata; linea intermedia in aristam scaberrimam, valvula sua longiorem, desinente; Valvula interior brevior, lineari-lanceolata, dorso villosa, margine inflexa, ad flexuræ angulos viridis & ciliata.

STAMINA duo, minima, femper claufa. Filamenta breviffima. Antheræ utrinque bifidæ.

GERMEN turbinatum, fupra villofum. Styli plumofi. Stigmata fimplicia.

SEMEN ovato-oblongum, dorfo convexum, facie fulcatum.

Differt a Bromo madritenfi villo, quo pleræque partes tectæ funt: rachi flexi; ramis fimplicibus & breviffimis; fpicis craffioribus.

F. 1. Planta florens. 2. Calyx auctus. 3. Corolla aucta. 4. Piftillum cum flaminibus auctum. 5. Semen nat. magn. 6. Idem auctum.

BROMUS MOLLIS. Tab. 19.

B. panicula erecta, fpiculis ovato-oblongis pubefcentibus, ariftis rectis, foliis mollibus villofis. *Sp. pl. p. 112. Schreb. gr. p. 60. t. 6. f. 1. Leers herb. p. 36. t. 11. f. 1. Curtis lond. Pollich palat. tom. 1. p. 110. Hall. hift. n. 1502.*

Gramen avenaceum, locuftis villofis, anguftis, candicantibus & ariftatis. *Tourn. inft. 526. Scheuchz. agr. 254. t. 5. f. 12.*

In cultis & in incultis. Fl. Majo, Junio.

RADIX fibrofa, fufca, annua.

CULMI erecti, teretes, ftriati, geniculis pilofis intercepti, fuperiore parte nudi & pubefcentes.

FOLIA mollia, pallide viridia, denfo brevique villo tecta. Vaginæ pallidiffimæ, ftriatæ, villofæ. Ligula truncata, lacera, pubefcens.

PANICULA erecta, fæpe circa bafin folio brevi breviffimaque vagina donato ftipata; florens patula; coarctata ante & poft florefcentiam. Rachis flexuofa, pubefcens. Rami modo fimplices, modo compofiti.

SPICULAE oblongæ, tumidæ, fubcompreffæ, villofæ, multifloræ, ariftatæ.

CALYCIS Valvulæ duæ, ovatæ, villofæ, muticæ, margine membranaceæ; Valvula fuperior amplior, longior, lineis feptem; Valvula inferior anguftior, brevior, magis acuta, lineis quinque diftincta.

COROLLAE Valvula exterior lata, ovata, margine membranacea, dorfo villofa & lineis feptem notata: linea intermedia fub apice in ariftam rectam, brevem definente; Valvula interior ovata, obtufa, apice, integra, marginibus inflexa, ad flexuræ angulos viridis & ciliata.

FILAMENTA tria, breviffima. Antheræ parvæ, utrinque bifidæ.

GERMEN fubconicum, glabrum. Styli duo, breves, plumofi. Stigmata fimplicia.

SEMEN ovale, dorfo convexum, facie fulcatum.

Planta, in pratis humidis crefcens, glabra eft, paniculamque plurimis fpiculis onuftam profert; in aridis valde villofa eft, paniculamque pauperiorem protrudit; in aridiffimis paniculæ rachi una alterave fpicula infidet: fic quoque pro vario folo varia eft foliorum & culmorum longitudo, nec non varius flofculorum numerus.

F. 1. Planta. 2. Flofculus auctus. 3. Piftillum auctum. 4. Semen nat. magn. 5. Idem auctum.

BROMUS DISTACHYOS. Tab. 20.

B. fpiculis fubduabus erectis alternis. *Sp. pl. p. 115.*

Bromus fpiculis fubbinatis compreffis feffilibus. *Ger. prov. 98. t. 3. f. 1.*

Gramen ſpica brizæ minus. *Bauh. pin. 9. prodr.* 10.

In Iſtria inter *Pola*, & *Ginino*, alibique in cultis & incultis. Fl. Majo.

RADIX fibris tenacibus, fordide albis conſtans, unum aut plures culmos promens, annua.

CULMI erecti, ſubteretes, ſtriati, geniculati, ad genicula pubeſcentes, cæterum glabri & læves; alii unciales; aliqui ſesquiunciales; alii longiores.

FOLIA brevia, plana, profunde ſtriata, pilis longis, albis inſperſa, ad marginem & coſtam ſcabra. Vaginæ glabræ, læves, ſtriatæ. Ligula brevis, truncata, fiſſa, ciliata.

SPICULAE alternæ, erectæ, ſeſſiles, oblongæ, compreſſæ, lanceolatæ, multifloræ, erectæ, ab unica ad tres, modo latere, modo facie rachi obverſæ. Rachis glabra, lævis, altero latere excavata, altero convexa.

CALYCIS Valvulæ duæ, inæquales, lanceolatæ, acuminatæ, glabræ, lineis eminentibus, ſcabris diſtinctæ.

COROLLAE Valvula exterior oblonga, dorſo convexa & lineis ſeptem notata, apice in ariſtam ſcabram, valvula ſua longiorem, attenuata; Valvula interior lineari-lanceolata, obtuſiuſcula, margine inflexa, ad flexuræ angulos viridis & ciliata.

NECTARII Squamæ duæ, æquales, germine longiores, lanceolatæ, acuminatæ.

STAMINA duo, in ſinu valvulæ interioris latitantia. Filamenta filiformia. Antheræ minimæ, utrinque bifidæ.

GERMEN turbinatum, ſuperiori parte villoſum. Styli breves. Stigmata plumoſa.

SEMEN oblongum, dorſo convexum, facie canaliculatum.

Ruricolæ ſpernunt hoc pumilum gramen; oves contra libentiſſime vorant ſpiculas, ſemine maturo plenas.

F. 1. Planta. 2. Calycis & 3 corollæ valvulæ auctæ. 4. Stamina & piſtillum cum nectarii ſquamis aucta. 5. Semen nat. magn. 6. Idem auctum.

BROMUS SYLVATICUS. Tab. 21.

B. ſpica ſimplici, ſpiculis alternis ſubſeſſilibus, ariſtis corollæ gluma longioribus. *Pollich. palat. tom.* 1. *p.* 118. *Smith brit. vol.* 1. *p.* 136.

Bromus gracilis. *Weigel obſ.* 15. *t.* 1. *f.* 11.

Feſtuca ſylvatica. *Huds. angl. ed.* 1. 41. *Sibthorp oxon. p.* 46.

In ſylvis umbroſis, in nemoribus, ad fluvios. Fl. Junio, Julio.

RADIX ligneſcens, grumoſa, externe nigricans, fibris tenuibus aucta, denſum foliorum culmorumque ceſpitem ſuſtinens, perennis.

CULMI erecti, teretes, geniculati, ſuperiore parte glabri, ad internodia & genicula inferiora pilis inſperſi; alii bipedales; alii altiores.

FOLIA canaliculata, mollia, villoſa, ſuperne ad oras ſcabra. Vaginæ teretes, ſtriatae, pilis longis, horizontaliter patentibus, conſitæ. Ligula obtuſa, dentata, ciliata, dorſo piloſa.

SPICA oblonga, erecta aut inclinata, ſpiculas a ſex ad octo gerens: ſpiculis duabus inferioribus plerumque imperfectis. Rachis flexuoſa, lævis, in oppoſitis lateribus alternatim convexiuſcula, alternatim plana, tantum ad ſpicularum exortum villoſa.

SPICULAE oblongæ, ſubteretes, ſubſeſſiles, ariſtatæ, pubeſcentes, erectæ, alternæ, multifloræ, ſingulæ ſingulis racheos dentibus inſidentes.

CALYCIS Valvulæ duæ, inæquales, acuminatæ, dorso convexo striatæ bispidæque, margine membranaceæ.

COROLLAE Valvula exterior oblonga, dorso convexa, villosa & quinque lineis notata, apice arista recta, valvula sua duplo longiore, armata; Valvula interior brevior, angustior, obtusa, marginibus inflexa, ad flexuræ angulos ciliata.

FILAMENTA tria, corolla breviora. Antheræ oblongæ, utrinque bifidæ.

GERMEN turbinatum, apice villosum. Styli breves, erecti, plumosi. Stigmata simplicia.

SEMEN oblongum, dorso convexum, facie sulcatum, basi attenuatum, apice obtusum villosumque.

F. 1. Planta. 2. Flosculus auctus. 3. Pistillum auctum. 4. Semen nat. magn. 5. Idem auctum.

BROMUS PINNATUS. Tab. 22.

B. spica simplici disticha, spiculis alternis subsessilibus, aristis corollæ gluma brevioribus. *Pollich. palat. tom. 1. p. 117. Sp. pl. p. 115. Leers herb. p. 39. t. 10. f. 3. Smith brit. vol. 1. p. 137.*

Festuca pinnata. *Huds. angl. ed. 2. 48. Sibthorp oxon. p. 46.*

In collibus, pratis montanis & demissis. Fl. Junio, Julio.

RADIX repens, teres, articulata, squamis oblongis tecta, fibris firmata, perennis.

CULMI erecti, teretes, ad genicula inferiora villosi, cæterum toti glabri; in solo sterili sesquipedales; in fertiliori multo altiores.

FOLIA erectiuscula, plana, pilis brevibus inspersa. Vaginæ teretes, striatæ, villosæ. Ligula brevis, truncata, ciliata.

SPICA erecta, simplex. Rachis subflexuosa, scabra, in oppositis lateribus alternatim excavata, alternatim convexa.

SPICULAE oblongæ, subteretes, multifloræ, pubescentes, alternæ, bifariæ, virides vel purpurascentes, singulæ ex singulis racheos dentibus orientes; superiores sessiles; inferiores brevissime pedunculatæ; florescentiæ tempore patentes; post florescentiam rachi adpressæ.

CALYCIS Valvulæ duæ, inæquales, acutæ, muticæ, oblongæ, ciliatæ, dorso convexiusculæ; Valvula inferior angustior, duplo brevior, lineis longitudinalibus tribus; Valvula superior major, lineis septem notata.

COROLLAE Valvula exterior oblonga, ciliata, apice arista brevi, recta armata, dorso convexa, villosa septemque lineis notata; Valvula interior oblonga, truncata, membranacea, marginibus inflexa, ad flexuræ angulos viridis & ciliata.

FILAMENTA tria, corolla breviora. Antheræ oblongæ, utrinque bifidæ.

GERMEN ovatum, superne villosum. Styli patentes, plumosi. Stigmata simplicia.

SEMEN oblongum, obtusum, dorso convexiusculum, facie sulcatum.

F. 1. Planta. 2. Flosculus auctus. 3. Pistillum auctum. 4. Semen nat. magn. 5. Idem auctum.

ROTTBOELLIA INCURVATA. Tab. 23.

R. spica tereti subulata arcuata mutica, calycibus unifloris. *Sp. pl. ed. Willd. p. 463. Smith. brit. vol. 1. p. 151.*

Aegilops incurvata. *Sp. pl. p. 1490.*

Gramen loliaceum, maritimum, scorpioides. *Scheuchz. agr. 42. t. 2. f. 1.*

In Istriæ maritimis. Fl. Majo.

RADIX fibrosa, annua.

CULMI compressi, glabri, geniculati, ramosi; alii incurvi; recurvi alii; plurimi declinati.

FOLIA brevia, plana, glabra, tam facie quam margine scabra. Vaginæ compressæ, glabræ. Ligula brevis, truncata, modo integerrima, modo denticulata.

SPICA longa, subteres, subulata, vario sensu flexa & arcuata. Rachis undique lævis & glabra, articulata: articulis linea alba notatis.

SPICULAE oblongæ, muticæ, acutæ, unifloræ, alternæ, singulæ singulis articulorum foveis exceptæ.

CALYCIS Valvulæ duæ, subæquales carina scabræ, margine membranaceæ; latere externo convexiusculæ, lineatæ, scabræ; latere interno angustiores, planæ, læves, lineis duabus, vix ultra valvulæ medium decurrentibus, notatæ.

COROLLAE Valvula exterior oblonga, membranacea, glabra, acuta, dorso convexa & linea viridi, per dorsi medium longitudinaliter decurrente, distincta; Valvula interior angustior, apice bifida, marginibus inflexa, ad flexuræ angulos brevissimis pilis inspersa.

FILAMENTA tria, corolla breviora. Antheræ longæ, utrinque bifidæ.

GERMEN ovatum, glabrum. Styli plumosi. Stigmata simplicia.

SEMEN oblongum, dorso convexum, facie sulcatum, apice villosum.

F. 1. Planta. 2. Calycis valvulæ cum racheos frustulo auctæ. 3. Corolla aucta. 4. Pistillum auctum. 5. Semen nat. magn. 6. Idem auctum.

ROTTBOELLIA PANNONICA. Tab. 24.

R. spica tereti subulata erecta, gluma calycina bivalvi biflora: flosculis hermaphroditis.

In salsis Pannoniæ. *Waldstein et Kitaibel.* Fl. æstate.

RADIX fibrosa, fusca, annua.

CULMI teretes, striati, glabri, læves, geniculati, simplices vel prope radicem uno alterove ramulo aucti; primo erecti; dein ad genicula infracti basique decumbentes; aliqui triunciales; alii altiores.

FOLIA brevia, plana, glabra, ad oras tantum scabra. Vaginæ teretes, glabræ, læves. Ligula oblonga, acuta; junior integra; adultior fissa.

SPICA subulata, longissima, erecta. Rachis articulata, margine scabra.

SPICULAE oblongæ, duobus flosculis hermaphroditis constantes, muticæ, alternæ, hinc convexæ, inde planiusculæ, singulæ singulis racheos dentibus insidentes.

CALYCIS Valvulæ duæ, subæquales, obtusiusculæ, margine membranaceæ, dorso lineatæ & aculeis brevissimis exasperatæ; altero latere convexiusculæ amplioresque; altero planæ atque angustiores.

COROLLAE Valvula exterior oblonga, membranacea, acuta, dorso convexa, carina scabra, apice compressa, mutica; Valvula interior lineari-lanceolata, membranacea, dorso plana, apice bifida, marginibus inflexa, ad flexuræ angulos ciliata.

FILAMENTA tria, brevissima. Antheræ longæ, utrinque bifidæ.

GERMEN ovatum, glabrum. Styli duo, breves. Stigmata plumosa.

SEMEN oblongum, compressum, facie sulcatum, tam basi quam apice brevissimo mucrone donatum.

F. 1. Tota planta. 2. Calycis valvulæ auctæ. 3. Flosculi duo aucti. 4. Pistillum auctum. 5. Semen nat. magn. 6. Idem auctum.

LOLIUM PERENNE. Tab. 25.

L. spica mutica, spiculis compressis multifloris. *Sp. pl. p.* 122. *Leers herb. p.* 46. *t.* 12. *f.* 1. *Scop. carn. tom.* 1. *p.* 90. *Pollich. palat. tom.* 1. *p.* 130. *Hall. hist. n.* 1416.

Lolium tenue. *Sp. pl. p.* 122.

Gramen loliaceum, angustiori folio & spica. *Bauh. pin.* 9. *Scheuchz. agr.* 25.

Graminis loliacei angustiore folio & spica varietas, spica tereti angustissima. *Scheuchz. agr.* 28.

In pratis, plateis, ad vias & alibi. Fl. æstate.

RADIX perennis, tenuis, fibris plurimis aucta, plures culmos foliorumque fasciculos emittens.

CULMI subteretes, striati, glabri, læves, geniculati, erecti toti aut ima parte decumbentes, & ex geniculis terræ immersis radices agentes; alii semipedales; aliqui pedales; multi pede longiores.

FOLIA glabra, læte viridia, ad oras & costam tantum scabriuscula; alia canaliculata; alia plana. Vaginæ compressæ, glabræ, striatæ. Ligula obtusa, glabra, sæpe fissa.

SPICA elongata, disticha, compressa, simplex, raro composita. Rachis compressa, glabra, flexuosa, margine scabra, alternatim hinc convexa, inde excavata.

SPICULAE oblongo-ovatæ vel lanceolatæ, compressæ, muticæ, sessiles, alternæ, pluribus flosculis compositæ, pallide virides seu levi purpura tinctæ, singulæ singulis racheos dentibus insidentes.

VALVULAE calycinæ oblongæ, concavæ, glabræ, margine membranaceæ, dorso virides & septem lineis longitudinalibus distinctæ; in spicula terminali duæ, similes, æquales, oppositæ; in reliquis spiculis unica, racheos excavatæ parti, alteriusque valvulæ calycinæ vicem gerenti, opposita.

COROLLAE valvula exterior oblonga, obtusiuscula, margine membranacea, dorso quinque circiter lineis notata; Valvula interior oblonga, membranacea, apice integra, marginibus inflexa, ad flexuræ angulos breviter ciliata.

FILAMENTA tria, capillaria, corolla longiora. Antheræ longæ, utrinque bifidæ.

GERMEN turbinatum, glabrum. Styli duo, reflexi, plumosi. Stigmata simplicia.

SEMEN oblongum, facie sulcatum, dorso convexum.

F. 1. Planta. 2. Flosculus auctus. 3. Pistillum auctum. 4. Semen nat. magn. 5. Idem auctum.

LOLIUM TEMULENTUM. Tab. 26.

L. spica aristata, spiculis compressis multifloris. *Sp. pl. p.* 122. *Fl. Dan. t.* 160. *Leers herb. p.* 47. *t.* 12. *f.* 2. *Scop. carn. tom.* 1. *p.* 90. *Pollich. palat. tom.* 1. *p.* 131. *Hall. hist. n.* 1420.

Gramen loliaceum spica longiore, seu Lolium Dioscoridis. *Bauh. pin.* 9. *Scheuchz. agr.* 31.

Inter ſegetes, ad ſimeta. Fl. a Majo ad Julium.

RADIX fibroſa, annua.

CULMI erecti, teretes, ſtriati, glabri, geniculati, ad ſpicæ exortum nudi & ſcaberrimi, cæterum foliorum vaginis tecti atque læves; alii ſesquipedales; alii multo altiores.

FOLIA plana, laxa, profunde ſtriata, facie, dorſo atque margine aspera. Vaginæ glabræ, asperiusculæ. Ligula brevis, apice inæqualiter denticulata.

SPICA longiſſima, compreſſa, diſticha. Rachis flexuoſa, ſcaberrima, alternatim hinc convexa, illinc excavata, & alternis dentibus exaſperata.

SPICULAE oblongæ, compreſſæ, ſeſſiles, ariſtatæ, raro muticæ, multifloræ, ſingulæ ex ſingulis racheos dentibus orientes.

CALYCIS Valvulæ muticæ; in ſpicula terminali duæ, oppoſitæ, æquales, oblongæ, acutæ, glabræ, margine membranaceæ, dorſo quinque lineis longitudinalibus notatæ, apicem verſus ſcabræ; in reliquis ſpiculis Valvula calycina exterior valvulis calycinis ſpiculæ terminalis ſimilis; Valvula interior duplo minor, plerumque obtuſa, unica, aut duæ.

COROLLAE Valvula exterior ovata, concava, dorſo quinque lineis diſtincta, margine membranacea, apice ariſtata: ariſta recta, ſcabra, valvula ſua longiore; Valvula interior ovata, marginibus inflexa, ad flexuræ angulos breviter ciliata.

FILAMENTA tria, capillaria, corolla longiora. Antheræ longæ, utrinque bifidæ.

GERMEN turbinatum, glabrum, ſquamis duabus, ut germen præcedentis ſpeciei, cinctum. Styli duo, reflexi, plumoſi. Stigmata ſimplicia.

SEMEN ovatum, dorſo convexum, facie ſulcatum.

Semen, quod non eſt ingrati ſaporis, aut per ſe ſumptum, aut pani cereviſiæque immixtum cauſat temulentiam, cephalalgiam, vertiginem, anxietatem, vomitum, delirium, convulſiones, ventriculi contractionem, mortem ipſam: exercet hanc deleteriam vim in hominibus, equis, canibus, aliisque animantibus.

F. 1. Planta. 2. Culmi ſuperior pars ſpicam floriferam gerens. 3. Floſculus auctus. 4. Piſtillum auctum. 5. Semen nat. magn. 6. Idem auctum.

ELYMUS CRINITUS. Tab. 27.

E. ſpiculis unifloris biflorisve ſcabris, involucris erectis. *Schreb. gr. p. 15. t. 24. f. 1.*

Hordeum jubatum. *Sp. pl. p. 126.*

Gramen hordeaceum, ſpica ariſtis longiſſimis circumvallata. *Scheuchz. agr. 20 Buxb. cent. 1. p. 35. t. 52.*

In Pannoniæ asperis. *Waldſtein & Kitaibel.* Fl. Majo, Junio.

RADIX fibris tenaciſſimis conſtans, annua.

CULMI ſubteretes, ſtriati, ad racheos baſin ſcabri, cæterum læves & glabri, geniculati, inferne purpuraſcentes, pedales aut pede altiores; alii erecti; alii adſcendentes; alii ima parte decumbentes, atque ex geniculis, terræ vicinis, radices ſpargentes.

FOLIA brevia, ad oras & carinam ſcabra, facie glabra, dorſo pubeſcentia; aliqua plana; alia canaliculata. Vaginæ pubeſcentes. Ligula breviſſima, truncata, glabra.

SPICA oblonga, erecta. Rachis compressa, angulata, scaberrima; alternis dentibus notata.

SPICULAE oblongæ, ventricosæ, geminæ singulis racheos denticulis insidentes, unifloræ seu bifloræ; primo virides; dein purpurascentes.

FOLIOLA, calycis loco, duo, linearia, margine & dorso convexo aculeis scabra, apice in aristam longam attenuata.

COROLLAE Valvula exterior, coriacea, aculeis adpressis inspersa asperaque, quinque lineis longitudinalibus distincta, arista longissima, pallide viridi, apice fuscescente, primo stricta, dein erecto-patenti, armata; Valvula interior lanceolata, membranacea, margine inflexa, ad flexuræ angulos brevissimis aculeis inspersa, apice plerumque bifida, e dorsi basi emittens pedunculum aut nudum aut sustinentem corpusculum valvulæforme, vel gerentem flosculum genitalibus carentem, vel perfectum & in omnibus partibus flosculo primario minorem.

FILAMENTA tria, capillaria. Antheræ ovatæ, utrinque parum fissæ.

GERMEN obovatum, glabrum. Styli duo plumosi. Stigmata simplicia.

SEMEN oblongum, apicem versus attenuatum, dorso convexum, facie planum.

F. 1. Planta. 2. Flosculi duo aucti. 3. Pistillum auctum. 4. Semen nat. magn. 5. Idem auctum.

ELYMUS EUROPAEUS. Tab. 28.

E. spica erecta, spiculis unifloris biflorisve aristatis involucro æqualibus. *Syst. veget. p.* 125. *Smith. brit. vol.* 1. *p.* 154.

Gramen secalinum majus sylvaticum. *Raji syn.* 392.

Gramen hordeaceum montanum, spica strigosiore, brevius aristata. *Scheuchz. agr.* 16. *prodr.* 2. 1. *f.* 1.

In sylvis montanis, subalpinis. Fl. Junio, Julio.

RADIX teres, fusca, plurimis fibris firmata, plures culmos foliorumque fasciculos sustinens, perennis.

CULMI erecti, teretes, firmi, striati, glabri, læves, sæpe e geniculis infimis, terræ proximis, radices agentes, radicemque, foliorum marcidorum reliquiis per intervalla tectam, mentientes; alii sesquipedales; alii altiores.

FOLIA plana, ad oras & costam aspera, dorso glabra, facie brevibus pilis inspersa. Vaginæ villosæ. Ligula brevissima, truncata, crenulata, glaberrima.

SPICA oblonga, cylindrica, erecta. Rachis scabra, alternatim dentata, in singulis dentibus spiculas tres, in apice vero spiculam unicam sustinens.

SPICULAE hermaphroditæ, pedicellatæ, oblongæ, unifloræ, aut duobus flosculis constantes.

INVOLUCRUM, calycis loco, diphyllum: foliolis erectis, lineari-lanceolatis, scabris, apice in aristam brevem attenuatis.

COROLLAE Valvula exterior oblonga, dorso convexa & scabra, margine membranaceo aculeis aspera, apice in aristam longam desinens; Valvula interior oblonga, lanceolata, apice bifida, margine inflexa, [illegible] flexuræ angulos viridis atque scabra, e dorsi basi exerens pedunculum scabrum, modo nudum, modo in apice flosculum perfectum sustinentem.

FILAMENTA tria, corolla longiora. Antheræ oblongæ, utrinque bifidæ.

GERMEN obovatum, apice villosum. Styli duo, reflexi, plumosi. Stigmata simplicia.

SEMEN oblongum, ſuſcum, dorſo convexum, facie canaliculatum, apice villoſum.

Duobus aut tribus racheos dentibus inferioribus plerumque involucra ſpiculis destituta inſident; in reliquis dentibus involucrum intermedium ſpicula caret; dum utrumque laterale ſpiculam ſuam involvit.

F. 1. Planta. 2. Spicula cum involucri foliolis aucta. 3. Piſtillum auctum. 4. Semen nat. magn. 5. Idem auctum.

HELEOCHLOA ALOPECUROIDES. Tab. 29.

H. ſpicis oblongis ſubcylindricis, foliis glabris.

Phleum alopecuroides. *Mitterbach. it. p. 147. t. 16.*

In uliginoſis agri vindobonenſis prope *Herrenals*, *Bertholdsdorf* alibique; in ſimilibus locis in Pannonia, Sclavonia. Fl. Julio, Auguſto, Septembri.

RADIX fibroſa, tenuis, fuſca, annua.

CULMI ſubteretes, ſtriati, glabri, geniculati, ad genicula infracti; alii erecti; aliqui adſcendentes; multi in orbem diſpoſiti & terræ adpreſſi.

FOLIA brevia, plana, ſtriata, glabra, ad oras ſcabra. Vaginæ glabræ, internodiis breviores. Ligulæ loco pilorum, ſæpe ex vaginæ ſinu utrinque prominentium, ſeries.

SPICA oblonga, ſubcylindrica, livida, inferne tenuior, apicem verſus ſenſim incraſſata. Rachis angulata, brevibus atque raris pilis inſperſa, plurimis confertisque denticulis exaſperata. Rami breviſſimi, raris pilis conſiti, ſinguli ſingulis racheos denticulis inſidentes.

SPICULAE lineari-lanceolatæ, muticæ, compreſſæ, parum incurvatæ, unifloræ, ſæpe apice purpuraſcentes, tandem ſeneſcendo totæ lividæ.

CALYCIS Valvulæ duæ, corollæ gluma breviores, inæquales, compreſſæ, acutæ, membranaceæ, carina viridi piloſæ.

COROLLAE Valvulæ duæ, inæquales compreſſæ, acutæ, membranaceæ; Valvula longior, valvulæ calycinæ minori proxima, carina viridi ciliataque donata; Valvula minor, valvulæ calycinæ longiori vicina, tota membranacea, alba, glabra, circa baſin ventricoſa, apicem verſus compreſſa.

FILAMENTA tria, capillaria. Antheræ breves, utrinque bifidæ.

GERMEN ſubrotundum, glabrum. Styli duo, corollæ longitudine. Stigmata penicilliformia.

SEMEN ovatum, utrinque obtuſum, altero latere margine fuſco notatum.

F. 1. Planta. 2. Spicula aucta. 3. Piſtillum auctum. 4. Semen nat. magn. 5. Idem auctum.

HELEOCHLOA SCHOENOIDES. Tab. 30.

H. ſpicis oblongo-ovatis culmiſque compreſſis, foliis hirſutis.

Phleum ſchoenoides. *Sp. pl p. 88. Jacqu. collect. vol. 1. p. 111. ic. t. 15. Hoſt ſyn. p. 39. Cavanill. ic. vol. 1 p. 39. t. 52. litt. V.*

Gramen maritimum, typhinum, brevi & craſſiori ſpica ad ſingula genicula prodeunte ſeu ſecundum. *Scheuchz. agr. 86.*

In paluſtribus ad mare adriaticum; in Pannonia ad Lacum Peiſonis, nec non in aliis paluſtribus, ſalſisque locis. Fl. Julio, Auguſto.

RADIX fibrosa, gracilis, annua.

CULMI compressi, striati, geniculati, ex geniculis ramos protrudentes, aut, ut tota planta, fusco rubentes, vel ex toto virides, aut ex viridi subglauci; alii erecti; alii adscendentes; multi prostrati.

FOLIA plana, striata, acuta, scabra, margine aculeata, raris pilis, præcipue ad basin, hirsuta. Vaginæ glabræ, compressæ. Ligula brevis, truncata, pilosa.

SPICA oblongo-ovata, compressa, obtusa, ima parte in vagina ampliata folii supremi immersa; modo basi bractea, valvulæ calycinæ simili, cincta; modo ebracteata. Rachis angulata, denticulis, densissime congestis, exasperata. Rami setulis brevissimis, raris, ut rachis, inspersi, singuli ex singulis racheos dentibus exeuntes, simplices vel compositi, flores perfectos, & hisce intermixtos imperfectos sustinentes.

SPICULAE lanceolatæ, compressæ, muticæ, unifloræ, inferne convexiusculæ.

CALYCIS Valvulæ duæ, inæquales, compressæ, acutæ, dorso viridi aculeatæ.

COROLLAE Valvulæ duæ, inæquales, acutæ, calycis gluma longiores; Valvula altera, valvulæ calycinæ breviori vicina, longior, latior, carina viridi aculeata; Valvula huic opposita tenuis, albida, tota glabra & lævis.

FILAMENTA tria, capillaria, corolla longiora. Antheræ oblongæ, utrinque bifidæ.

GERMEN ovatum. Styli duo. Stigmata penicilliformia.

SEMEN ovatum, utrinque obtusum, altero latere fuscum.

F. 1. Planta. 2. Spicula aucta. 3. Pistillum auctum. 4. Semen nat. magn. 5. Idem auctum.

CRYPSIS ACULEATA. Tab. 31.

Crypsis. *Ait. Kew. tom. 1. p. 48. Vahl symb. 2. p. 17.*

Anthoxanthum aculeatum. *Syst. veget. p. 75.*

Schoenus aculeatus. *Sp. pl. p. 63. Schreb. gr. 2. p. 62. t. 32.*

Phleum schoenoides. *Jacqu. austr. app. t. 7. Cavanill. ic. vol. 1. p. 39. t. 52. f. nulla littera notata.*

Agrostis aculeata. *Scop. carn. tom. 1. p. 62.*

Gramen album, capitulis aculeatis, italicum. *Bauh. pin. 7. Scheuchz. agr. 85.*

Habitat & floret cum præcedente.

RADIX fibrosa, annua.

CULMI subteretes, striati, glabri, læves, pluribus geniculis intercepti, ramosi; alii prostrati; alii adscendentes; alii erecti.

FOLIA brevia, patentia, plana aut canaliculata, apicem versus angustata, ad oras carinamque scabra, ad basin externe utrinque pilis longis barbata, &, ut tota planta, aut pallide viridia vel glauca, aut lævi purpura suffusa; floralia brevissima, inæqualia, basi dilatata & concava, sese atque spicam amplectentia. Vaginæ compressæ, glabræ; superiores internodiis multo breviores. Ligulæ loco pilorum brevissimorum series.

SPICA capitata. Rachis numerosis denticulis notata. Rami breves, singuli ex singulis racheos dentibus orientes.

SPICULAE lineari-lanceolatæ, compressæ, acutæ, muticæ, unifloræ.

CALYCIS Valvulæ duæ, inæquales, corollæ gluma breviores, compressæ, membranaceæ, ciliatæ, carina viridi aculeis scabræ.

COROLLAE Valvula exterior compressa, membranacea, glabra, carina viridi aculeis brevissimis aspera; Valvula interior minor, albida, tota glabra & lævis, dorso convexiuscula, in sinu valvulæ majoris latitans.

FILAMENTA duo, capillaria, corolla longiora. Antheræ oblongæ, utrinque bifidæ.

GERMEN oblongum, ventricosum, glabrum. Styli duo, erecti, albidi. Stigmata duo, brevi villo pubescentia.

SEMEN oblongum, compressum, altero margine magis fuscum.

F. 1. Planta. 2. Spicula aucta. 3. Corollæ gluma aucta. 4. Pistillum auctum. 5. Semen nat. magn. 6. Idem auctum.

HORDEUM MURINUM. Tab. 32.

H. flosculis ternis aristatis, lateralibus masculis, involucris intermediis ciliatis. *Sp. pl. p. 126. Pollich. palat. tom. 1. p. 133. Curtis lond. Fl. Dan. t. 629. Hall. hist. n. 1536. Smith. brit. vol. 1. p. 155.*

Gramen hordeaceum minus & vulgare. *Bauh. pin. 9. Scheuchz. agr.* 14.

Gramen secalinum & secale sylvestre. *Raji syn.* 391.

Gramen secalinum, vulgatissimum viarum. *Moris. hist. 3. p. 179. sect. 8. t. 6. f.* 4.

In cultis, pratis, ad vias alibique. Fl. æstate.

RADIX fibrosa, fusca, annua.

CULMI teretes, striati, glabri, erecti aut ad genicula inferiora infracti & ima parte decumbentes; alii semipedales; alii pede longiores.

FOLIA subcanaliculata, striata, pallide viridia, brevi raroque villo pubescentia, margine & carina scabra. Vaginæ teretes; infima hirta; suprema inflata atque in breve folium desinens. Ligula brevis, truncata, glabra.

SPICA oblonga, disticha; primo erecta; dein inclinata. Rachis flexuosa, margine scabra.

SPICULAE oblongæ, ventricosæ, breviter pedunculatæ, ternæ ex singulis racheos dentibus alternatim exeuntes; spiculis duabus lateralibus masculis; intermedia hermaphrodita.

Hermaphrodita.

FOLIOLA, calycis loco, duo, lineari-lanceolata, viridia, striata, apice aristata, margine aculeata & pilis ciliata.

COROLLAE Valvula exterior oblonga, ventricosa, lineis quinque longitudinalibus notata, apice in aristam longam desinens; Valvula interior oblonga, membranacea, apice bifida, marginibus inflexa, ad flexuræ angulos viridis & ciliata; ex exteriori baseos parte setam albidam promens.

FILAMENTA tria, capillaria, corolla breviora. Antheræ breves, utrinque bifidæ.

GERMEN turbinatum, apice villosum. Styli breves, plumosi. Stigmata simplicia.

SEMEN oblongum, dorso convexum, facie sulco longitudinali notatum, & marginatum.

Mari.

INVOLUCRUM diphyllum: foliolo interno ad utrumque marginem aculeis exasperato, & ad unicum latus ciliato; foliolo externo minime ciliato, sed utroque margine scabro.

COROLLA, Stamina ut in hermaphrodito.

PISTILLUM nullum.

F. 1. Planta. 2. Spiculæ tres cum involucris auctæ. 3. Spicula hermaphrodita aucta. 4. Pistillum auctum. 5. Semen nat. magn. 6. Idem auctum.

HORDEUM SECALINUM. Tab. 33.

H. flosculis ternis aristatis, lateralibus masculis, involucris omnibus scabris. *Schreb. spicil. p. 148. Hall. hist. n. 1538.*

Hordeum pratense. *Huds. angl. 56. Smith. brit. vol. 1. p. 156.*

Hordeum nodosum. *Sp. pl. p. 126.*

Gramen spicatum, secalinum, minus. *Tourn. inst. 518. Scheuchz. agr. 17.*

Gramen secalinum. *Raji syn. 392.*

Gramen secalinum, minus, pratense. *Moris. hist. 3. p. 179. sect. 8. t. 2. f. 6.*

In Istria, Litorali ad vias, vineas, in pratis. Fl. Majo, Junio.

RADIX fibrosa, perennis.

CULMI teretes, striati, glaberrimi, læves, erecti aut basi decumbentes; sæpe circa radicem incrassati; alii pedales; multi pede altiores.

FOLIA plana, mollia, pallide viridia, brevi densoque villo tecta, ad oras scabra. Vaginæ læves; inferiores villosæ; superiores glabræ. Ligula brevissima, truncata, denticulata, glaberrima.

SPICA oblonga, disticha. Rachis margine scabra, alternatim dentata.

SPICULAE oblongæ, ventricosæ, tres singulis racheos dentibus insidentes: spicula intermedia subsessili & hermaphrodita; duabus lateralibus pedicellatis, masculis.

Hermaphrodito.

FOLIOLA, calycis loco, duo, linearia, scabra, margine membranacea, minime ciliata, in aristam plerumque purpurascentem desinentia.

COROLLAE Valvula exterior oblonga, convexa, glabra, lævis, dorso lineis quinque longitudinalibus notata, margine membranacea, apice aristata; Valvula interior oblonga, lanceolata, apice bifida, marginibus inflexa, ad flexuræ angulos ciliata; e baseos externa parte corpusculum filiforme, breve, apice villorum fasciculum sustinens, protrudens.

FILAMENTA tria, corolla breviora. Antheræ oblongæ, utrinque bifidæ.

GERMEN turbinatum, apice villosum. Styli duo, reflexi, plumosi. Stigmata simplicia.

SEMEN oblongum, dorso convexum, facie sulcatum.

Mari.

CALYX, Corolla, Stamina ut hermaphrodito, sed minora omnia.

PISTILLUM nullum.

F. 1. Planta. 2. Spiculæ tres cum involucris auctæ. 3. Spicula hermaphrodita aucta. 4. Pistillum auctum. 5. Semen nat. magn. 6. Idem auctum.

HORDEUM MARITIMUM. Tab. 34.

H. flosculis ternis ariſtatis, lateralibus masculis, involucellis ſcabris: interioribus masculorum ſemilanceolatis. *Vahl ſymb. 2. p. 25. Huds. angl. 57. Smith. brit. vol. 1. p. 156.*

Hordeum geniculatum. *Allion. ped. 2. p. 259. t. 91. f. 3.*

Gramen ſpicatum, ſecalinum, maritimum, minus. *Scheuchz. agr. 18.*

Gramen ſecalinum, paluſtre & maritimum. *Raji ſyn. 392.*

Gramen ſecalinum, maritimum, minus. *Moris. hiſt. 3. p. 179. ſect. 8. t. 6. f. 5.*

In Pannoniæ locis ſalſis. *Waldſtein & Kitaibel.* Fl. Majo, Junio.

RADIX fibroſa, annua.

CULMI quadrunciales circiter, teretes, ſtriati, glabri, læves, geniculati, erecti aut ad genicula inferiora infracti & decumbentes.

FOLIA anguſta, brevia, plana, pallide viridia, apicem verſus ad oras ſcabriuſcula; alia pubeſcentia; alia glabra. Vaginæ compreſſæ, pubeſcentes; ſuprema ampliata. Ligula breviſſima, truncata, glabra.

SPICA erecta, oblonga, diſticha. Rachis glabra, margine ſcabra, alternis dentibus exasperata.

SPICULAE oblongæ, tres ſingulis racheos dentibus inſidentes: ſpicula intermedia hermaphrodita & ſeſſili; lateralibus duabus pedicellatis atque masculis.

Hermaphrodito.

FOLIOLA, calycis loco, duo, ſetacea, ſcabra, flosculis quadruplo longiora.

COROLLAE Valvula exterior oblonga, convexa, glabra, lineis quinque longitudinalibus diſtincta, apice in ariſtam longam, ſcabram attenuata; Valvula interior oblonga, lineari-lanceolata, acuminata, bifida, margine inflexa, ad flexuræ angulos ciliata; e baſeos externa parte ſetam ſubulatam, ſcabram emittens.

FILAMENTA tria, corolla breviora. Antheræ parvæ, utrinque bifidæ.

GERMEN turbinatum, apice villoſum. Styli duo, plumoſi. Stigmata ſimplicia.

SEMEN oblongum, dorſo convexum, facie ſulcatum.

Mari.

INVOLUCRUM, calycis loco, diphyllum, ſcabrum, ariſtatum: foliolo externo ſetaceo; interno ſemilanceolato, dorſo convexo, facie concavo.

COROLLA. Stamina ut hermaphrodito.

PISTILLUM nullum.

F. 1. Planta. 2. Spiculæ tres cum involucris auctæ. 3. Spicula hermaphrodita aucta. 4. Piſtillum auctum. 5. Semen nat. magn. 6. Idem auctum.

LEERSIA ORYZOIDES. Tab. 35.

L. ſpiculis triandris, panicula prominula nutante. *Sp. pl. ed. Willd. p. 325.*

Phalaris oryzoides. *Sp. pl. p. 81. Schreb. gr. p. 6. t. 22.*

Aſprella oryzoides. *Retz. ſcand. p. 17. Host ſyn. p. 35.*

In agro vindobonenſi ad foſſas inſularum danubialium. Fl. Julio, Auguſto.

RADIX tenuis, teres, repens, per intervalla ſquamis oblongis veſtita, geniculata, ex geniculis fibras protrudens, perennis.

CULMI teretes, glabri, ſtriati, pallide virides, ſimplices aut ramoſi, geniculis pluribus villoſis intercepti, ex geniculis terræ vicinis aut aquæ immerſis radices agentes; alii varie flexi; alii erecti; multi adſcendentes.

FOLIA glabra, dorso, facie margineque scabra. Vaginæ compressæ, scaberrimæ; duæ supremæ longissimæ, ampliatæ, paniculam in sinu foventes. Ligula brevis, truncata, denticulata.

PANICULAE duæ plerumque, alternæ, oblongæ, singulæ in singulis foliorum vaginis latitantes, raro apice ex vagina prominentes & nutantes. Rachis flexuosa, scabriuscula. Rami valde tortuosi, bini aut solitarii ex singulis racheos dentibus alternatim exeuntes. Ramuli incrassati, villosi.

SPICULAE calyce carentes, ovales, compressæ, clausæ, unifloræ, altero margine magis arcuatæ, totæ aculeis asperæ.

COROLLAE Valvula exterior major, compressa, acuta, tribus lineis eminentibus distincta; Valvula interior multo angustior, linearis, acuta, dorso viridis, margine membranacea.

STAMINA tria, clausa. Filamenta brevissima, capillaria. Antheræ oblongæ, erectæ, flavescentes, utrinque parum fissæ.

GERMEN ovatum, glabrum, compressum. Styli duo, capillares, breves. Stigmata plumosa.

SEMEN obovatum, compressum, altero latere magis arcuatum.

F. 1. Planta. 2. Spicula clausa & aucta. 3. Spicula aperta & aucta. 4. Pistillum cum staminibus auctum. 5. Semen nat. magn. 6. Idem auctum.

LAPPAGO RACEMOSA. Tab. 36.

L. panicula spicata, spiculis unifloris, calycis valvula exteriore muricata. *Sp. pl. ed. Willd. p. 484. Gen. pl. ed. Schreb. n. 131.*

Cenchrus racemosus. *Sp. pl. p. 1487. Schreb. gr. p. 45. t. 4. Hort. syn. p. 545.*

Gramen caninum, maritimum, spica echinata. *Bauh. pin. 2. Scheuchz. agr. 76.*

In asperis, [redacted] sepes, vias Pannoniæ, Croatiæ, Litoralis, Istriæ, Forijulii. Fl. Majo, Junio.

RADIX annua, fibris fuscis aut sordide albis constans.

CULMI teretiusculi, striati glabri, pallide virides aut rubelli, pluribus geniculis intercepti; modo simplices; modo ex geniculis inferioribus ramos agentes; aliqui erecti; alii adscendentes; multi terræ arcte adpressi atque ex geniculis terræ vicinis radices spargentes.

FOLIA brevia, firma, pallide viridia, scabriuscula, margine aculeis brevibus mollibusque ciliata; pauca hinc inde undulata. Vaginæ glabræ, læves, virides vel purpurascentes; inferiores internodiis breviores; suprema longissima, ampliata, brevissimum folium sustinens. Ligulæ loco pilorum alborum series.

PANICULA spicata, cylindrica. Rachis flexuosa, tetragona: angulis viridibus, duplici serie pilorum purpurascentium hispidis; faciebus canaliculatis, purpureis. Rami breves, patentes, hispidi, quatuor vel quinque spiculas gerentes: spicula terminali plerumque imperfecta & sterili.

SPICULAE ovato-lanceolatæ, unifloræ, dorso convexæ, facie planæ.

CALYCIS Valvula interior minima, membranacea, alba, ovato-lanceolata, plana, acuta, glabra, lævis, basi sua basin valvulæ majoris amplectens; Valvula exterior oblonga, acuta, cartilaginea, dorso convexa, septem lineis eminentibus distincta: linea unaquaque aculeis simplicibus aut ramosis, basi purpureis, apice albis consita.

COROLLAE Valvula interior & valvulæ calycinæ minori proxima, acuta, viridula, membranacea, pilis inspersa, circa basin ventricosa; Valvula exterior membranacea, alba, acutiuscula, tota glabra, lævis, marginibus inflexa.

FILAMENTA tria, spicula longiora. Antheræ ovatæ, utrinque bifidæ.

GERMEN obovatum, glabrum. Styli duo. Stigmata pilosa.

SEMEN ovale, compressum.

Caracter genericus emendandus est: nam calyx non [redacted] subtrivalvis, nec spicula tri-seu quadriflora.

F. 1. Planta. 2. Ramus, quatuor spiculas gerens, auctus. 3. Spicula solitaria aucta. 4. Pistillum auctum. 5. Semen nat. magn. [redacted]. Idem auctum.

ERIOPHORUM POLYSTACHYON. Tab. 37.

[redacted]. spicis pluribus, floribus polygamis dioicis. *Sp. pl. p. 76. Leers herb. p. 11. t. 1. f. 5. Pollich. palat. tom. 1. p. 48. Hall. hist. n. 1331.*

Linagrostis polystachya. *Scop. carn. tom. 1. p. 48.*

Linagrostis panicula ampliore. *Tourn. inst. 664. Scheuchz. agr. 306.*

In pratis udis, montanis & demissis. Fl. Aprili, Majo.

RADIX perennis, repens, teres, lignescens, fusca, fibris plurimis aucta, squamis oblongis, striatis tecta.

CULMI læves, glabri, duobus aut tribus geniculis distincti, inferne teretes, superne obscure trigoni, interne fistulosi; florentes pedales circiter; fructiferi altiores.

FOLIA canaliculata, glabra, striata, ad oras & superiorem carinæ partem aculeis, sursum versis, scabra, apicem versus triquetra. Vaginæ striatæ, glabræ; extimæ & infimæ squamiformes, oblongæ, acutæ, fuscæ, aphyllæ; intermediæ purpurascentes vel pallide virides; supremæ & foliorum floralium brevissimæ, modo basi tantum, modo totæ membranaceæ.

SPICAE plures, in aliis individuis flores hermaphroditos, femineos in aliis gerentes, oblongæ, ventricosæ, erectæ vel nutantes, insidentes pedunculis alternis, inæqualibus, hinc planis, illinc convexis, circa basin vaginula propria, laxa, striata, bifida, plerumque membranacea, obvolutis; inferioribus ex axilla foliorum brevium; superioribus ex axilla bracteæ latæ, membranaceæ egredientibus.

Hermaphrodita.

SQUAMAE, calycis & corollæ loco, ovatæ, latæ, membranaceæ, imbricatæ, plus vel minus rufescentes, quandoque ex purpurascenti & viridi variæ.

FILAMENTA tria, brevissima. Antheræ longæ, lineares, erectæ, utrinque bifidæ.

GERMEN ovatum, minimum, villis brevibus cinctum. Stylus filiformis, villosus. Stigmata tria, pubescentia.

SEMEN triquetrum, fuscum, inferne attenuatum, in sinu villorum longissimorum, squamas occulantium, nidulans.

Feminæ.

Omnia, quæ hermaphrodito, exceptis spicis, quæ ob staminum defectum tenuiores sunt, quam in hermaphrodito.

Folia vorantur a pecoribus; lana, qua femina cincta sunt, dat materiem aptam papyro, pileis, ellychniis, aliisque rebus, quæ ex lana Gossypii atque ovina confici solent, conficiendis.

Fig. 1. Planta ſpicas femineas gerens & 2. culmi pars ſuperior plantæ hermaphroditæ florentis. 3. Squama cum ſtaminibus piſtilloque & 4. ſquama cum piſtillo aucta. 5. Pars culmi ſpicas feminæ fetas villoque elongato abſconditas ferens. 6. Semen in lana nidulans naturali magnitudine. 7. Idem auctum.

ERIOPHORUM CAPITATUM. Tab. 38.

E. culmis teretibus, ſpica globoſa unica, ſquamis erectis adpreſſis.

Linagroſtis alpina, media, capitulo ſingulari, majori. *Mich. gen. p. 54.*

Juncus alpinus, capitulo tomentoſo, majori. *Scheuchz. agr. 304. prodr. t. 7.*

In Styriæ ſuperioris, Carinthiæ, Tyrolis alpinis ad rivulos, lacuum ripas, & in aliis ſpongioſis locis. Fl. Junio, Julio.

RADIX valde repens, teres, fuſca, perennis, ſquamis oblongis per intervalla obvoluta, præcipue ad culmorum exortum fibras copioſas emittens.

CULMUS erectus, teres, ſtriatus, glaber & lævis, baſi incraſſatus, inferiori parte geniculis tribus interceptus atque foliorum vaginis veſtitus, ſuperiori enodis & nudus; florens tri-aut quadriuncialis; dein multo longior.

FOLIA ſubulata, erecta, glabra, lævia, medulla ſpongioſa, molliſſima farcta, apice compreſſa, dorſo carinata, facie obſcure canaliculata albidaque. Vaginæ ſtriatæ, glabræ; infimæ fuſcæ, acutæ, aphyllæ; reliquæ ima parte albidæ, ad folii exortum pallide virides, tandem totæ fuſcæ; culmeæ inflatæ, plerumque tres: inferioribus duabus folio terminatis; tertia aphylla.

SPICA terminalis, unica, ſubrotunda, hermaphrodita, baſi cincta bractea acuta, ſpica longiore, prius flores involvente, tandem longitudinaliter dehiſcente, baſique dilatata culmum amplectente.

SQUAMAE oblongæ, acutæ, arcte imbricatæ; inferiores longiores, ampliores, planæ.

FILAMENTA tria, ſquama longiora. Antheræ minimæ, cordato-ovatæ, obtuſæ.

GERMEN minimum, compreſſum, glabrum, villis brevibus circumdatum. Stylus ſquama brevior. Stigma trifidum, &, ut ſtylus, villoſum.

SEMEN oblongum, triquetrum, fuſcum, baſi attenuatum, villis longiſſimis, ſpicam tegentibus, cinctum.

Culmus tam in hac quam in præcedente ſpecie poſt ſeminis maturitatem marceſcit, excepta baſi, quæ in utraque incraſſata eſt: hæc foliorum vaginis denudata tuber mentitur, emittit radices, hæ culmos, ſicque fit, ut multiplici modo multiplicentur hæ duæ ſtirpes.

F. 1. Planta florens. 2. Squama cum ſtaminibus, piſtillo & villis aucta. 3. Culmi ſuperior pars ſpicam feminiferam gerens. 4. Semen villis cinctum nat. magn. 5. Idem auctum.

ERIOPHORUM CESPITOSUM. Tab. 39.

E. culmis ſuperne trigonis, ſpica oblonga unica, ſquamis ſcarioſis.

Eriophorum vaginatum. *Fl. Dan. t. 236. Curtis lond. Pollich. palat. tom. 1. p. 47. Smith. brit. vol. 1. p. 58.*

Linagroſtis alpina, major, capitulo ſingulari, minore. *Mich. gen. p. 54.*

Juncus alpinus, capitulo lanuginoſo, ſeu ſchoenolagurus. *Bauh. pin. 12. prodr. 7. Scheuchz. agr. 302. prodr. t. 7.*

In humidis alpinis, fubalpinis, demiffis Carinthiæ, Styriæ, Tyrolis, Carnioliæ, Bohemiæ, Moraviæ, Pannoniæ, Auftriæ inter *Weitra & Gratzen.* Fl. in demiffis Aprili, in editioribus Majo, Junio.

RADIX perennis; junior bulbofa, carnofa, albida, farinacei odoris & faporis; adultior lignefcens, fufca, plerumque horizontalis, ex inferiori parte plurimas fibras, ex fuperiori denfum foliorum culmorumque cespitem protrudens.

CULMI ftriati, glabri, erecti, medulla candida farcti, tribus geniculis non procul a bafi notati, inferne teretes, fuperne trigoni; primo toti foliorum vaginis tecti; dein ultra medium nudi; floriferi femipedales; poft florefcentiam pedales pedeque longiores.

FOLIA fubulata, ftriata, glabra, tenacia, interne medulla compacta farcta, fubcanaliculata, altero latere plana, altero convexiuscula, apice compreffo utrinque fcabra; juniora erecta; adultiora valde elongata & inclinata. Vaginæ dorfo convexæ, obfcure purpurafcentes, fenescendo in fubtiliffimas fibras fatifcentes; infimæ & radici proximæ aphyllæ; culmeæ tres: vagina infima, reliquas duas cum fpica hyemis tempore obvolvente, & in folium longum definente, inflata atque ftriata; intermedia pallidiore brevique folio terminata; fuprema plerumque aphylla, ante fpicæ evolutionem ftriata, dein lateraliter dehiscente, plicata apiceque compreffa.

SPICA unica, hermaphrodita, oblonga, acuta, ventricofa, livida, bafi ftipata fquama maxima, tribus nervis longitudinalibus, fuscis notata.

SQUAMAE oblongæ, acuminatæ, membranaceæ, glaberrimæ, ob marginem corrugatum fcariofæ, ima parte albidæ, apicem verfus ex albo & livido variæ: fquamis bafin fpicæ efficientibus, longioribus, nullumque florem foventibus.

FILAMENTA tria, filiformia, fquamarum longitudine. Antheræ longæ, lineares, tetragonæ, obtufæ.

GERMEN globofum, glabrum, nudum. Stylus filiformis, villofus. Stigma trifidum, pubefcens.

SEMEN obovatum, fuscum, compreffum, marginatum, pilis longiffimis cinctum.

Hæc fpecies cum præcedente pro unica fpecie habita, & fub nomine E. vaginati a Linnæo aliisque clariffimis viris propofita fuit: cum duas differentiffimas fpecies conftituant, & unaquæque culmum vaginatum habeat, neglecto antiquo nomine triviali, hanc E. cespitofum a culmorum foliorumque cespite, illam E. capitatum a fpica capitata vocavi.

F. 1. Planta florens. 2. Squama cum ftaminibus & piftillo aucta. 3. Culmi pars fuperior cum fpica feminifera. 4. Semen villis circumdatum nat. magn. 5. Idem auctum.

ERIOPHORUM ALPINUM. Tab. 40.

E. culmis triquetris, fpica unica pauciflora, floribus polygamis, hermaphroditis diandris monandris triandrisve. *Sp. pl. p. 77. Fl. Dan. t. 620. Hall. hift. n.* 1333.

Linagroftis alpina, minima, caule triangulari, capitulo parvo, pappo rariore. *Mich. gen. p. 54. Scheuchz agr. 305. t. 7. f. 4. app. t. 8.*

In humidis alpium montiumque Carnioliæ, Tyrolis, Bohemiæ, Moraviæ. Fl. Junio.

RADIX tenuis, repens, fusca, fibris plurimis firmata, fquamis oblongis, imbricatis tecta, perennis.

CULMI triquetri, ftriati, apice attenuati, ad angulos fcabri, erecti & varie

flexi, plures ſpicis deſtituti ſicque folia triquetra mentientes; in planta florente bi- aut triunciales; in fructifera longiores.

FOLIA breviſſima, canaliculata, glabra, ad oras ſcabra. Vaginæ glabræ, ſtriatæ, breves; infimæ ſquamiformes; ſuprema pallide viridis breviſſimoque folio terminata.

SPICA terminalis, unica, ovata, compreſſa, pauciflora, baſi ſtipata ſquama oblonga, acuta, fuſca, membranacea carina viridi & ſcabra, apice in foliolum breviſſimum, obtuſum, latere ſcabrum attenuata; modo tota feminea; modo e floſculis hermaphroditis & femineis compoſita.

Hermaphrodito.

SQUAMAE oblongæ, membranaceæ, acutæ, fuſcæ, dorſo linea viridi diſtinctæ.

STAMINA in aliquibus floſculis tria, duo in aliis, in aliquibus unicum. Filamenta ſquama breviora. Antheræ oblongæ, cordatæ, apice albæ, acuminatæ.

GERMEN minimum, ovatum, glabrum, villis ſex circiter cinctum. Stylus ſimplex, filiformis. Stigmata tria, &, ut ſtylus, breviſſimis pilis inſperſa.

SEMEN exiguum, triquetrum, fuſcum, baſi attenuatum, apice breviſſime roſtratum, villis undulatis, ſpica multo longioribus, circumdatum.

Feminæ.

Omnia, quæ hermaphrodito, exceptis ſtaminibus, quæ hic deſiderantur.

Cel. J. C. Mikan, in Univerſitate pragenſi Hiſtoriæ naturalis Profeſſor, benevole communicavit mecum deſcriptionem & iconem plantæ, quam in Bohemiæ alpibus *auf dem Rieſengebirge in dem Rieſengrund* legerat; plantam vivam, quæ in horto floruit, & a me attente examinata fuit, ab egregio C. Lübeck, Ill. Comitis Joh. Harrach hortulano, dono habui, qui eam in Moravia, dum montes, vico *Janowitz* vicinos, ſtirpium legendarum gratia perluſtraret, in pratis humidis non procul a *Hochenfall* invenerat.

F. 1. Planta ſpicas mere femineas & 2. planta ſpicas hermaphroditas gerens & florens. 3. Spicula feminea aucta. 4. Squama cum piſtillo & 5. ſquama cum ſtaminibus & piſtillo aucta. 6. Planta feminifera. 7. Semen pilis cinctum nat. magn. 8. Idem auctum.

CAREX DIOICA. Tab. 41.

C. ſpica ſimplici dioica, capſulis aculeato-ſerrulatis. *Good. in Tr. of Linn. ſoc. vol. 2. p. 139. Sp. pl. p. 1379. Fl. Dan. t. 369. Willd. in act. 2. p. 16. Schkuhr handb. p. 310.*

Cyperoides parvum. *Mich. gen. p. 56. n. 1. 2. t. 32. f. 12.*

Gramen cyperoides, ſpica ſimplici, caſſa. *Scheuchz. agr. 497. t. 11. f. 9. 10.*

In ſpongioſis, paluſtribus. Fl. Aprili, Majo.

RADIX fibroſa, fuſca, denſum foliorum culmorumque ceſpitem nutriens, perennis.

CULMI tenues, ſtriati, trigoni, ad angulos ſcabri, ex parte inferiore, terræ aut muſcis immerſa, inferiora verſus radices, ſurſum vero ramos agentes, ſicque radicem repentem mentientes; florentes breves, erecti; fructiferi valde elongati, foliis multo longiores, reclinati & inter ſe implexi.

FOLIA ſetacea, glabra, inferiore parte canaliculata, apicem verſus triquetra atque margine ſcabriuſcula.

SPICA terminalis, unica, oblonga; in aliis individuis flores femineos; in aliis flores mares gerens.

SQUAMAE, calycis & corollæ loco, ovatæ, acutiusculæ, ferrugineæ, glabræ, æves, linea viridi, per dorsi medium longitudinaliter decurrente, ut squamæ pleraumque hujus generis specierum, notatæ.

Mari.

FILAMENTA tria, capillaria. Antheræ lineares, oblongæ, acutæ.

Feminæ.

GERMEN cylindricum, glabrum, læve. Stylus unicus, ultra nectarii apicem porrectus. Stigmata duo, pubescentia.

CAPSULAE oblongæ, glabræ, striatæ, dorso convexiusculæ, facie planæ, apice in rostrum longum, indivisum, margine aculeis asperum, desinentes; primo erectiusculæ; dein aut horizontaliter patentes, aut inferiora versus flexæ. Semen ovatum, stylo persistente coronatum.

Inveni in agro vindobonensi in paludibus prope *Himberg* spicas, in superiore parte flores mares, in inferiore flores femineos gerentes, spicasque caricis pulicaris exhibentes; occurrunt ibidem spicæ, duos vel tres flores femineos, maribus intermixtos, habentes; inveniuntur & aliquæ, in quibus pauci flores mares sunt, plurimi vero feminei, ita ut non distinguere valeas, cujus sexus individuum examines.

F. 1. Planta florens mascula. 2. Squama cum staminibus aucta. 3. Planta florens femina. 4. Squama cum pistillo aucta. 5. Planta capsulifera. 6. Capsula aucta. 7. Semen nat. magn. 8. Idem auctum.

CAREX PAUCIFLORA. Tab. 42.

C. spica simplici androgyna, floribus femineis subternis, masculo subunico terminali, stigmatibus tribus. *Lightfoot scot. 543. t. 6. f. 2. Good. l. cit. p. 143. Schkuhr handb. p. 314.*

Carex leucoglochin. *Ehrh. Beytr. 1. p. 156. Retz. scand. p. 217. Host syn. p. 502.*

In Moravia in montibus *Glatz* finitimis. *Cl. Henricus Schott*; ego in Styria in spongiosis alpium judenburgensium. Fl. Majo.

RADIX fibrosa, fusca, perennis.

CULMI glabri, erecti vel adscendentes, trigoni, inferne foliorum marcidorum vaginis tecti, radicesque & ramos emittentes, sicque subrepentes.

FOLIA canaliculato-triquetra, glabra, culmo breviora.

SPICA terminalis, unica, lanceolata, nuda, subcompressa, acuta, constans floribus septem circiter: inferioribus quatuor vel quinque femineis; unico vel duobus masculinis, apici spicæ insidentibus.

SQUAMAE oblongæ, acutæ, arcte imbricatæ, compressæ, glabræ & læves; primo tota superficie sordide albicantes; dein fuscescentes.

Mari.

FILAMENTA tria, capillaria, squama longiora. Antheræ oblongæ, acutæ.

GERMEN oblongum, glabrum, medio ventricosum, tam basi quam apice attenuatum. Stigmata tria, capillaria, villosa.

CAPSULA oblonga, acuminata, glabra, lævis, aut horizontaliter patens aut reflexa. Semen triquetrum, utrinque obtusum.

F. 1. Planta florens. 2. Squama cum staminibus & 3. squama cum pistillo aucta. 4. Planta capsulifera. 5. Capsula aucta. 6. Semen nat. magn. 7. Idem auctum.

CAREX CYPEROIDES. Tab. 43.

C. ſpica compoſita androgyna, capſulis lanceolatis utrinque attenuatis. *Syſt. veget. p. 413. Schkuhr handb. p. 342.*

Carex bohemica. *Schreb. gr. 2. p. 52. t. 28. f. 3. Mich. gen. p. 70. t. 33. f. 19.*

In pratis aliisque humidis locis Bohemiæ, Moraviæ, Auſtriæ inter *Weitra & Gratzen.* [redacted]. æſtate.

RADIX fibroſa, fuſca, copioſos foliorum faſciculos & culmos emittens, perennis.

CULMI erecti, fiſtuloſi, triquetri, apicem verſus tantum ad unum alterumve angulum ſcabriuſculi.

FOLIA canaliculata, pallide viridia, glabra, ſuperiori parte ad oras & carinam ſcabra.

SPICA terminalis, unica, capitata, androgyna, compoſita, parum inclinata.

SPICULAE ſeſſiles, oblongæ, ſubtriquetræ, obtuſæ, multifloræ: floſculis plurimis terminalibus femineis; inferioribus paucis maribus; inferiores majores magisque diſtantes, folio longo, margine membranaceo ſtipatæ; reliquæ minores, magis approximatæ, involucro, in folium ſetiforme attenuato, cinctæ.

SQUAMAE lineari-lanceolatæ, acuminatæ, albidæ, membranaceæ, dorſo convexiuſculæ, ſuperne compreſſæ aculeisque exasperatæ.

Mari.

FILAMENTA tria, capillaria, erecta. Antheræ lineares, oblongæ; primo tetragonæ; dein poſt pollinis exploſionem cylindricæ.

Feminæ.

GERMEN lineare, oblongum, margine ciliatum, apice bifidum. Stigmata duo, brevia, villoſa.

CAPSULA lanceolato-ovata, margine aculeata, baſi valde attenuata, apice in roſtrum longum, bifidum deſinens. Semen ovatum, glabrum, fuſcum, ſtylo longiſſimo coronatum.

F. 1. Planta, in uno culmo ſpicam florentem, in altero capſuliferam gerens. 2. Squama cum ſtaminibus aucta. 3. Piſtillum auctum. 4. Capſula nat. magn. 5. Eadem aucta. 6. Semen nat. magn. 7. Idem auctum.

CAREX GLOMERATA. Tab. 44.

C. ſpica compoſita androgyna glomerata, ſpiculis congeſtis, floribus inferioribus femineis, ſuperioribus maſculis.

Carex juncifolia. *Schkuhr handb. p. 330. Hoſt. ſyn. p. 503.*

In collibus herbidis, campis, pratis. Fl. Aprili.

RADIX tenuis, fuſca, horizontaliter repens, valde ramoſa, perennis.

CULMI trigoni, apicem verſus [redacted] angulos ſcabri, reliqua parte læves; alii erecti; alii deflexi; multi inclinati; florentes bi-aut trianciales; capſuliferi multo longiores.

FOLIA anguſta, canaliculata; ſuperne valde attenuata, triquetra atque [redacted] oras carinamque ſcabra.

SPICA glomerata, androgyna, in diverſis culmis diverſæ figuræ & magnitudinis, compoſita e ſpiculis a ſex ad decem, omnibus approximatis imbricatisque, cir-

ca basin bractea lata, fusca, margine membranacea, linea dorsali viridi notata, cinctis; bractea infima plerumque in mucronem aut in foliolum desinente; reliquis inermibus ac aphyllis.

SPICULAE ovatæ, acutæ, ventricosæ, multifloræ: flosculis inferioribus femineis; superioribus masculis; raro in spicula una alterave inferiore omnibus femineis.

SQUAMAE ovatæ, latæ, ex fusco ferrugineæ, margine albo membranaceæ.

Mari.

FILAMENTA tria, squama longiora. Antheræ lineares, oblongæ, acutæ.

Feminæ.

GERMEN ovatum, glabrum, læve, dorso convexum, facie planum, margine ciliatum. Stigmata duo, longa, pubescentia.

CAPSULA ovata, illinc convexa, hinc plana, versus apicem margine aculeata, rostro brevi integroque donata. Semen obovatum, subtrigonum.

Occurrit quandoque in spiculis inferioribus una alterave squama, pistilla duo fovens, reliquis squamis latior, emarginata, atque ob duas lineas virides, quibus distincta est, pro duabus connatis habenda.

F. 1. Planta florens. 2. Squama cum staminibus & 3. squama cum pistillo aucta. 4. Culmus capsulifer. 5. Capsula aucta. 6. Semen nat. magn. 7. Idem auctum.

CAREX SCHOENOIDES. Tab. 45.

C. spica composita subdisticha androgyna acuta, spiculis oblongis sessilibus, flosculis superioribus masculis, inferioribus femineis.

In collibus herbidis agri vindobonensis circa *Weinhaus*; in similibus locis in Pannonia; in Istria prope *Pola* ad mare. Fl. Majo.

RADIX crassa, teres, lignosa, valde repens, externe fusca squamisque oblongis vestita, fibris plurimis capillata, perennis.

CULMI erecti, triquetri, superne nudi & ad angulos scabri, inferne foliorum vaginis amicti lævesque; florentes semipedales; capsuliferi pede longiores.

FOLIA canaliculata, glabra, saturate viridia, margine carinaque aspera.

SPICA oblonga, androgyna, incurva, subdisticha, acuta, composita e spiculis quatuor vel sex: spicula infima remotiuscula bracteaque lata, fusca, dorso scabra, apice in folium tenue, asperum desinente, stipata; reliquis approximatis similique bractea, modo aphylla, modo in brevissimum foliolum attenuata, cinctis.

SPICULAE sessiles, ventricosæ, multis flosculis constantes: flosculis inferioribus femineis; superioribus maribus.

SQUAMAE oblongæ, glabræ, acutæ, obscure ferrugineæ; aliæ totæ læves; aliæ apice compressæ carinaque scabræ.

Mari.

FILAMENTA tria, capillaria, squama longiora. Antheræ oblongæ, apice membranaceo acuminatæ.

Feminæ.

GERMEN ovato-oblongum, margine ciliatum, facie planum, dorso convexum. Stigmata duo, longa, villosa.

CAPSULA ovata, lineis elevatis distincta, hinc plana, illinc convexa, margine aculeata, apice in rostrum breve, bifidum attenuata. Semen ovatum, utrinque obtusum, dorso convexiusculum, facie planum.

F. 1. Planta florens. 2. Squama cum flaminibus & 3. fquama cum piftillo aucta. 4. Planta capfulifera. 5. Capfula aucta. 6. Semen nat. magn. 7. Idem auctum.

CAREX SCHREBERI. Tab. 46.

C. fpica compofita difticha obtufa, fpiculis pluribus, flofculis bafi mafculis, apice femineis. *Willd. in act. 2. p. 17* *Schkuhr. handb. p. 344.* *Segu. ver. 1. t. 1. f. 2.*

Carex præcox. *Schreb. fpicil. p. 63.* *Hoft fyn. p. 503.*

In pratis, collibus, ad vias. Fl. Martio, Aprili.

RADIX repens, teres, gracilis, hinc inde fquamis fuscis, ftriatis tecta, fibris plurimis, valde ramolis aucta, perennis.

CULMI erecti, trigoni, ima parte foliorum vaginis veftiti, cæterum nudi & in vicinia fpicæ ad angulos fcabri; florentes triunciales circiter; fructigeri multo altiores.

FOLIA canaliculata, glabra, angufta, fuperiori tantum parte ad oras carinamque fcabra.

SPICA difticha; in aliis culmis erecta; incurva in aliis; in aliquibus recurva, conftans fpiculis tribus vel quinque, in fertiliori folo pluribus, omnibus fquama oblonga, membranacea, glabra, ftipatis: fquama fpiculæ infimæ quandoque aphylla, quandoque in foliolum tenuiffimum, fcabrum definente; bractea reliquarum fpicularum femper aphylla.

SPICULAE multifloræ: flofculis mafculis bafin; femineis reliquam fpicularum partem occupantibus; primo teretiufculæ, acutæ; capfuliferæ obovatæ.

SQUAMAE ovato-lanceolatæ, acuminatæ, ferrugineæ, margine membranaceæ.

Mari.

FILAMENTA tria, capillaria. Antheræ obtufiufculæ.

Feminæ.

GERMEN ovatum, roftratum, facie planum, dorfo convexum, margine ciliatum. Stigmata duo, longiffima, pubefcentia.

CAPSULA ovata, ftriata, margine aculeata, hinc plana, illinc convexa, roftro brevi bifidoque terminata. Semen ovatum, ftylo perfiftente coronatum.

F. 1. Planta florens. 2. Squama cum flaminibus & 3. fquama cum piftillo aucta. 4. Planta capfulifera. 5. Capfula aucta. 6. Semen nat. magn. 7. Idem auctum.

CAREX BRIZOIDES. Tab. 47.

C. fpica compofita fubdifticha nuda, fpiculis oblongis contiguis patulis curvatis, culmo nudo. *Schkuhr handb. p. 346.* *Sp. pl. p. 1381.* *Scop. carn. tom. 2. p. 131.* *Schreb. fpicil. p. 63.*

Carex fibrata radice. *Mich. gen. p. 70. n. 4. t. 33. f. 17.*

In pratis humidis, ad margines fylvarum, ad rivulos. Fl. Majo.

RADIX valde repens, fquamis oblongis, imbricatis tecta, fibris plurimis firmata, perennis.

CULMUS erectus, ftriatus, triquetrus, ad angulos fcaber; in planta florente femipedalis circiter; longior poft florefcentiam.

FOLIA canaliculata, debilia, ad oras carinamque fcabra. Vaginæ glabræ, ftriatæ. Ligula obtufa.

SPICA androgyna, fubdifticha, erecta, conftans fpiculis fex circiter, plus vel

minus approximatis; aliis bractea cinctis; aliis ebracteatis: bractea, ſpiculas inferiores cingente, modo aphylla, modo in folium anguſtum ſcabrumque attenuata.

SPICULAE oblongæ, acutiusculæ, teretes, ſemipatulæ vel recurvæ, multifloræ: ſloſculis inferioribus maſculis; ſuperioribus femineis.

SQUAMAE glaberrimæ, læves, albæ aut ex albo flaveſcentes; inferiores obovatæ; ſuperiores ovato-lanceolatæ; ſquama infima in aliquibus ſpiculis in foliolum tenuiſſimum deſinens.

Mari.

FILAMENTA tria, capillaria, ſquama longiora. Antheræ longæ, lineares, acutiusculæ.

Feminæ.

GERMEN ovatum, facie concavum, dorſo convexum, margine ciliatum. Stigmata duo, brevia pubeſcentia.

CAPSULA oblonga, ſtriata, roſtro brevi, ſubbifido donata, dorſo convexiuſcula, facie plana, margine membranaceo aculeata. Semen ovatum, obtuſum, facie planum, dorſo convexiuſculum.

F. 1. Planta florens. 2. Squama cum ſtaminibus & 3. ſquama cum piſtillo aucta. 4. Culmi capſuliferi pars ſuperior. 5. Capſula aucta. 6. Semen nat. magn. 7. Idem auctum.

CAREX CURTA. Tab. 48.

C. ſpiculis ovatis remotiuſculis nudis, ſquamis ovatis capſula brevioribus. *Good. l. cit. p. 145. Willd. in act. 2. p. 19. Schkuhr handb. p. 347.*

Carex elongata. *Leers herb. p. 200. t. 14. f. 7.*

In udis alpium montiumque Styriæ, Tyrolis, Bohemiæ, Moraviæ. Fl. Majo, Junio.

RADIX tenuis, repens, fibris copioſis capillata, perennis.

CULMI erecti, ſtriati, glabri, triquetri, ſuperne ad angulos ſcabri, prope baſin radices & ramos promentes; floriferi tri-aut quadriunciales; capſuliferi multo longiores.

FOLIA canaliculata, glabra, pallide viridia, in cuſpidem triquetram attenuata, ad oras & carinam ſcabra; juniora brevia, erecta; adulta elongata, debilia & deflexa.

SPICA terminalis, androgyna, compoſita e ſpiculis a quatuor ad ſeptem; inferioribus remotis; ſuperioribus approximatis; omnibus bractea oblonga, membranacea, ex albo & flaveſcenti varia, integra aut trifida, carina viridi & ſcabra, ſtipatis; bractea ſpicularum ſuperiorum aphylla; inferiorum in foliolum tenue, ſcabrum deſinente.

SPICULAE alternæ, ſeſſiles, erectæ, obtuſæ; florentes ſubtrigonæ; capſuliferæ ovatæ vel ovato-oblongæ; omnes multifloræ: floſculis paucis maſculis ſpiculæ baſin; reliquis plurimis femineis reliquam ſpiculæ partem occupantibus.

SQUAMAE membranaceæ, albæ vel ex albo & flaveſcenti variæ, acutæ aut obtuſiusculæ; pleræque dorſo convexæ & leves; paucæ carinatæ carinaque ſcabræ.

Mari.

FILAMENTA tria, primo ſquama breviora, dein longiora. Antheræ obtuſiusculæ.

Feminæ.

GERMEN ovatum, glabrum, dorſo convexiuſculum. Stigmata duo, breviſſimo villo pubeſcentia.

CAPSULA ovata, glabra, inflata, ſtriata, breviſſimo indiviſoque roſtro armata. Semen triquetrum.

F. 1. Planta florens. 2. Squama cum ſtaminibus & 3. piſtillum cum ſquama auctum. 4. Culmus capſulifer. 5. Capſula aucta. 6. Semen nat. magn. 7. Idem auctum.

CAREX ARENARIA. Tab. 49.

C. ſpica folioſa acutiuſcula, ſpiculis plurimis, terminalibus maſculis, inferioribus femineis, capſulis membranaceo-marginatis. *Good. l. cit. p.* 153. *Willd. in act.* 2. *p.* 17. *Sp. pl. p.* 1381. *Schkuhr handb. p.* 318. *Wiborg Sandg. p.* 8. *t.* 3. *Scop. carn. tom.* 2. *p.* 229.

Carex. *Mich. gen. p.* 67. *n.* 1. 2. *t.* 33. *f.* 3. 4.

Tergeſti *alle Saule.* Fl. Aprili, Majo.

RADIX perennis, valde repens, teres, craſſa, fuſca, ſquamis oblongis, fuſcis tecta, geniculata, ex geniculis fibras deorſum, culmos foliorumque faſciculos ſurſum promens.

CULMI erecti aut apice incurvi, ſtriati, glabri, triquetri, ſuperne ad angulos ſcabri, inferne læves; in humidis pedales pedeque altiores; in ſiccis ſpithamales.

FOLIA canaliculata, ſtriata, glabra, ad oras & ſuperiorem carinæ partem ſcabra, pleraque culmo longiora.

SPICA terminalis, oblonga, compreſſa, androgyna, compoſita e ſpiculis a decem ad viginti; inferioribus remotis, atque bractea oblonga, membranacea, fuſca, carina ſcabra, in foliolum margine dorſoque aculeatum deſinente, ſtipatis; ſuperioribus approximatis, bracteaque membranacea, fuſca, lævi, plerumque aphylla circa baſin cinctis.

SPICULAE oblongæ, acutæ, compreſſæ multifloræ: floſculis ſpicularum intermediarum inferioribus femineis; ſuperioribus maſculis; in ſpiculis, baſin ſpicæ occupantibus, omnibus femineis; floſculis ſpicularum ſupremarum omnibus maſculis.

SQUAMAE oblongæ, acuminatæ, glabræ, e flaveſcenti ferrugineæ, margine membranaceæ; infimæ in apicem dorſo ſcabrum elongatæ.

Mari.

FILAMENTA tria, corolla longiora. Antheræ oblongæ, acutæ.

Feminæ.

GERMEN oblongum, margine ciliatum, dorſo convexiuſculum, facie planum. Stigmata duo, villoſa.

CAPSULA oblonga, ſtriata, dorſo convexa, facie plana, apice bifida, margine membrana ciliata cincta. Semen facie planum, dorſo carinatum.

Radix ſpargit odorem pini ſylveſtris; ſapore farinaceo, dulceſcente, balſamico diſtinguitur; præſcribitur forma decocti in morbis rheumaticis, aliiſque, ad quos infringendos & debellandos remedium reſolvens, ſudorem & urinam promovens, indicatur.

F. 1. Planta florens. 2. Squama cum ſtaminibus & 3 ſquama cum piſtillo aucta. 4. Culmus capſulifer. 5. Capſula aucta. 6. Semen nat. magn. 7. Idem auctum.

CAREX INTERMEDIA. Tab. 50.

C. ſpica oblonga obtuſa androgyna, ſpiculis plurimis: infimis terminalibusque femineis, intermediis maſculis. *Good. l. cit. p.* 154. *Willd. in act.* 2. *p.* 17. *Schkuhr handb. p.* 320. *Hall. hiſt. n.* 1362.

Carex disticha. *Huds. angl. ed. 2. 403. Lightfoot scot. 546. Schreb. spicil. p. 63. Host. syn. p. 504.*

Carex arenaria. *Leers herb. p. 198. t. 14. f. 2.*

Carex spicata. *Pollich palat. tom. 2. p. 562.*

In paluftribus, ad fluvios, lacus, fossas. Fl. Majo.

RADIX repens, teres, crassa, fusca, valde ramosa, fibris plurimis firmata, perennis.

CULMUS triquetrus, erectus totus aut apice tantum inclinatus, inferne foliorum vaginis tectus & lævis, reliqua parte nudus atque ad angulos scaber; florens pedalis vel sesquipedalis; longior post florescentiam.

FOLIA canaliculata, glabra, apicem versus triquetra, ad oras carinamque scabra.

SPICA androgyna, oblonga, constans spiculis plurimis, aut omnibus approximatis, aut superioribus approximatis, inferioribus remotis: spicula una alterave infima foliolo brevi, tenui, scabro circa basin cincta; reliquis bractea membranacea, acuminata, aphylla stipatis.

SPICULAE ovato-oblongæ, sessiles, multifloræ: flosculis spicularum, basin & apicem spicæ constituentium, plerumque aut omnibus femineis, aut uno alterove masculo spiculam terminante, reliquis femineis; flosculis spicularum intermediarum vel omnibus, vel plerisque masculis cum paucis femineis intermixtis.

SQUAMAE ovatæ, acutæ, ferrugineæ; exteriores apicem versus carinatæ carinaque scabræ.

Mari.

FILAMENTA tria, capillaria. Antheræ oblongæ, acutæ.

Feminæ.

GERMEN ovatum, glabrum, dorso convexum, facie planum, apicem versus margine ciliatum. Stigmata duo, pubescentia.

CAPSULA ovata striata, dorso convexa, facie plana, superiore marginis parte aculeata, apice in rostrum breve bifidumque attenuata. Semen ovatum, trigonum.

F. 1. Planta florens. 2. Squama cum staminibus & 3. squama cum pistillo aucta. 4. Culmi pars superior cum spica capsulifera. 5. Capsula aucta. 6. Semen nat. magn. 7. Idem auctum.

CAREX OVALIS. Tab. 51.

C. spiculis ovalibus approximatis alternis, squamis capsulas æquantibus. *Good. l. cit. p. 148. Willd. in act. 2. p. 18. Schkuhr handb. p. 349.*

Carex leporina. *Huds. angl. 404. Lightfoot scot. p. 547. Pollich. palat. tom. 2. p. 560. Leers herb. p. 199. t. 14. f. 6. Host. syn. p. 503.*

Gramen cyperoides, spica e pluribus spicis mollibus composita. *Scheuchz. agr. 436. t. 10. f. 15.*

In udis. Fl. Aprili, Majo.

RADIX lignescens, fusca, fibras plurimas spargens, perennis.

CULMUS triquetrus, superne ad angulos scaber, erectus totus aut apice incurvus; florens semipedalis aut pedalis; longior post florescentiam.

FOLIA erecta, canaliculata, glabra, margine carinaque aspera.

SPICA oblonga, androgyna, composita e spiculis quatuor vel sex, approxima-

tis, circa basin bractea oblonga, membranacea cinctis: bractea spiculam infimam cingente carina scabra, apice foliolo tenui, brevi terminata; squama, reliquas spiculas stipante, aphylla.

SPICULAE alternae, multiflorae: flosculis inferioribus paucis masculis; superioribus femineis.

SQUAMAE oblongae, acutae, glabrae & laeves, e flavescenti ferrugineae.

Mari.

FILAMENTA tria, capillaria. Antherae oblongae, acutiusculae.

Feminae.

GERMEN ovatum, rostratum, glabrum, laeve. Stigmata duo, longa, pubescentia.

CAPSULA oblonga, striata, in rostrum tenue, apice integrum desinens, dorso convexiuscula, facie plana, margine membrana laevi cincta. Semen minimum, ovatum.

F. 1. Planta florens. 2. Squama cum staminibus aucta. 3. Pistillum auctum. 4. Culmus capsulifer. 5. Capsula aucta. 6. Semen nat. magn. 7. Idem auctum.

CAREX REMOTA. Tab. 52.

C. spiculis axillaribus ovatis solitariis remotis subsessilibus, foliis longissimis. *Good. l. cit. p. 150. Sp. pl. p. 1383. Leers herb. p. 200. t. 15. f. 1. Fl. Dan. t. 370. Pollich. palat. tom. 2. p. 567. Willd. in act. 2. p. 20.*

Carex angustifolia. *Mich. gen. p. 70. t. 33. f. 15. 16.*

Cyperoides angustifolium, spicis sessilibus in foliorum alis. *Scheuchz. agr. 483.*

In sylvis, ad fossas, rivulos, in pratis humidis. Fl. Majo, Junio.

RADIX lignosa, fusca, ramosa, fibris plurimis firmata, densum culmorum foliorumque caespitem nutriens, perennis.

CULMUS subtrigonus, foliosus, in superiori parte ad angulos scaber; florens pedalis & erectus; capsulifer multo longior & debilis.

FOLIA alterna, subtilissime striata, canaliculata, superne ad oras & carinam scabra; floralia vagina destituta.

SPICA longissima, constans spiculis plurimis; inferioribus aliquot ex foliorum axillis egredientibus & valde remotis; intermediis ad basin squamam oblongam, latam, in foliolum tenue desinentem, habentibus; supremis bractea lata, aphylla stipatis.

SPICULAE oblongae, acutae, multiflorae: flosculis inferioribus masculis; superioribus femineis.

SQUAMAE ovato-lanceolatae, glabrae, acutae, ex albo & flavescenti variae.

Mari.

FILAMENTA tria, filiformia. Antherae obtusae, emarginatae.

Feminae.

GERMEN ovato-oblongum, rostratum, margine ciliatum, dorso convexum, facie planum. Stigmata duo, pubescentia.

CAPSULAE erectae, imbricatae, ovatae, striatae, hinc planae, illinc convexae, margine aculeis scabrae, apice in rostrum breve, bifidum attenuatae. Semen ovatum, triquetrum.

F. 1. Planta florens. 2. Squama cum staminibus aucta. 3. Pistillum auctum. 4. Culmus capsulifer. 5. Capsula aucta. 6. Semen nat. magn. 7. Idem auctum.

CAREX STELLULATA. Tab. 53.

C. ſpiculis ſubtribus remotis, capſulis divergentibus. *Good. l. c. p. 144. Willd. in act. 2. p. 21. Schkuhr handb. p. 349. Hall. hiſt. n. 1366.*

Carex echinata. *Sibthorp oxon. p. 28. Hoſt ſyn. p. 505.*

Carex muricata. *Leers herb. p. 200. t. 14. f. 8. Fl. Dan. t. 284.*

Gramen cyperoides ſpicatum, minimum, ſpica divulſa, aculeata. *Raji hiſt. 1298. Scheuchz. agr. 485. t. 11. f. 3.*

In humidis alpinis, ſubalpinis, montanis, demiſſis Styriæ, Tyrolis, Moraviæ, Bohemiæ, Auſtriæ inter *Weitra* & *Gratzen*. Fl. in demiſſis Aprili, ſerius in alpinis & ſubalpinis.

RADIX ligneſcens, fibris plurimis firmata, denſum foliorum culmorumque cæſpitem protrudens, perennis.

CULMI erecti, trigoni, in ſpicæ vicinia ad angulos ſcabri; florentes bi-aut triunciales; capſuliferi ſemipedales vel pedales.

FOLIA erectiuſcula, canaliculata, anguſta, apicem verſus ad oras carinamque ſcabra.

SPICA erecta, androgyna, conſtans ſpiculis tribus vel quatuor, remotis, breviſſime pedunculatis, bractea membranacea ſtipatis; una alterave inferiore in foliolum tenue atque ſcabrum deſinente; reliquis bracteis oblongis & aphyllis.

SPICULAE ovatæ, ventricoſæ, parvæ, obtuſæ, in inferiore parte flores mares, in apice femineos gerentes.

SQUAMAE inferne albidæ, ſuperne flaveſcentes; aliæ ovatæ, obtuſiuſculæ, dorſo convexæ læveſque; aliquæ oblongæ, carinatæ carinaque ſcabræ.

Mari.

FILAMENTA tria, ſquama longiora. Antheræ parvæ, lineares, acutæ.

Feminæ.

GERMEN oblongum, viride, margine ciliatum, dorſo convexiuſculum, facie planum ac linea alba, longitudinali notatum. Stigmata duo, brevia, villoſa.

CAPSULAE ovatæ, in ſtellulam expanſæ, margine ſcabræ, facie planæ, dorſo convexæ, in roſtrum apice hians, attenuatæ. Semen ovatum, obtuſum, dorſo convexiuſculum, in anteriori baſeos parte parum depreſſum.

F. 1. Planta florens. 2. Squama cum ſtaminibus aucta. 3. Piſtillum auctum. 4. Planta capſulifera. 5. Capſula aucta. 6. Semen nat. magn. 7. Idem auctum.

CAREX MURICATA. Tab. 54.

C. ſpica oblonga ſubdecompoſita, ſpiculis diſtinctis, capſulis divergentibus apice bifidis. *Good. l. cit. p. 158. Willd. in act. 2. p. 21.*

Carex caneſcens. *Leers herb. p. 201. t. 14. f. 3.*

Carex nemoroſa, ſpica brevi interrupta. *Mich. gen. p. 69. t. 33. f. 14.*

Gramen cyperoides ſpicis minoribus, minuſque compactis. *Scheuchz. agr. 488. t. 11. f. 5.*

In pratis, ſylvis, nemoribus, ad ſepes, vias. Fl. Aprili, Majo.

RADIX craſſa, ligneſcens, vaginarum marcidarum reliquiis tecta, fibris plurimis capillata, perennis.

CULMUS erectus vel adſcendens, triquetrus, inferne lævis, ſuperiori parte ad angulos ſcaber; in planta florente ſemipedalis vel pedalis; in capſulifera altior.

FOLIA canaliculata, glabra, margine & carina ſcabra.

SPICA oblonga, androgyna, conſlans ſpiculis pluribus, ſeſſilibus, ſimplicibus omnibus, aut una alterave, baſin ſpicæ conſtituente, compoſita; ſuperioribus approximatis; inferioribus remotis.

SPICULAE ſubrotundæ, ventricoſæ, obtuſæ, in inferiore parte flores femineos, in apice flores mares gerentes, ſtipatæ baſi bractea lata, brevi, aut aphylla vel in foliolum ſetaceum, breve attenuata.

SQUAMAE ovatæ, acutiuſculæ, inferne albicantes, apicem verſus fuſcæ.

Mari.

FILAMENTA tria, ſquama longiora. Antheræ oblongæ, apice membranaceo acuminatæ.

Feminæ.

GERMEN ovatum, ciliatum. Stigmata duo, pubeſcentia.

CAPSULAE ovatæ, acutæ, glabræ, ſubdivergentes, ſquama longiores, dorſo convexæ, facie planæ, margine aculeis ſcabræ, apice bifidæ. Semen trigonum.

F. 1. Planta florens. 2. Squama cum ſtaminibus aucta. 3. Piſtillum auctum. 4. Culmus capſulifer. 5. Capſula aucta. 6. Semen auctum. 7. Idem nat. magn.

CAREX DIVULSA. Tab. 55.

C. ſpica decompoſita baſi ſubramoſa, ſpiculis inferioribus remotis, capſulis patentibus, vaginis ſuperioribus facie rugoſis. *Good l. cit. p.* 160.

Carex nemoroſa, capitulis ſolitariis præterquam ultimo. *Mich. gen. p. 69. t. 33. f.* 10.

In pratis humidis, ſylvis demiſſis Auſtriæ, Moraviæ, Pannoniæ. ♃. Majo.

RADIX ligneſcens, fuſca, fibras copioſas & validas ſpargens, perennis.

CULMUS erectus aut incurvus, triquetrus, ſuperne nudus & ad angulos ſcaber, inferne foliorum vaginis tectus atque lævis; florens pedalis circiter; multo altior poſt floreſcentiam.

FOLIA canaliculata, facie rugoſula, margine carinaque aculeis exaſperata. Vaginæ ſuperiores facie membranaceæ, albæ, minutiſſime criſpatæ.

SPICA oblonga, acuta, compoſita e ſpiculis plurimis; in planta florente contiguis; in capſulifera remotis: ſpicula una vel altera inferiore pleramque compoſita, & ab aliis magis diſtante.

SPICULAE ſeſſiles, oblongæ, acutæ, floſculos femineos in inferiore parte, in apice maſculos colligentes, cinctæ circa baſin bractea lata, glabra, margine membranacea, carina viridi ſcabra, apice in ſetam, aculeis exaſperatam, attenuata.

SQUAMAE oblongæ, acutæ, ima parte albidæ, apicem verſus ferrugineæ, aut toto dorſo convexiuſculæ atque læves, aut apice tantum compreſſæ & ſcabræ.

Mari.

FILAMENTA tria, capillaria. Antheræ oblongæ, apice membranaceo acuminatæ.

Feminæ.

GERMEN oblongum, dorſo convexum, facie planum, margine ciliatum, apice roſtratum. Stigmata duo, villoſa.

CAPSULAE oblongæ, patentes, dorſo convexæ, facie planæ, margine aculeis ſcabræ, apice in roſtrum bifidum terminatæ. Semen ſubovatum.

F. 1. Planta florens. 2. Squama cum ſtaminibus aucta. 3. Piſtillum auctum. 4. Culmi ſuperior pars cum ſpica capſulifera. 5. Capſula aucta. 6. Semen nat. magn. 7. Idem auctum.

CAREX VULPINA. Tab. 56.

C. ſpica ſupradecompoſita coarctato-ramoſa obtuſa, ſpiculis ſuperne maſculis, capſulis divergentibus, culmi angulis acutiſſimis. *Good. l. cit. p. 161. Willd. in act. 2. p. 18. Sp. pl. p. 1382. Fl. Dan. t. 308. Leers herb. p. 199. t. 14. f. 5. Scop. carn. tom. 2. p. 230. Pollich. palat. tom. 2. p. 564. Schkuhr handb. p. 321. Hall. hiſt. n. 1364.*

Carex paluſtris, major, radice fibroſa, caule exquiſite triangulari. *Mich. gen. p. 69. t. 33. f. 13.*

Secus ſepes humidas, lacus, rivulos, alibique. Fl. Majo, Junio.

RADIX lignoſa, fuſca, fibris validis, ramoſis aucta, denſam foliorum culmorumque ceſpitem ſuſtinens, perennis.

CULMUS erectus, ſtriatus, glaber, triquetrus & ad angulos aculeis exaſperatus, apicem verſus attenuatus, lateribus longitudinaliter excavatus; in florente planta pedalis vel ſeſquipedalis; longior poſt floreſcentiam.

FOLIA lata, canaliculata, ad oras carinamque aculeis ſcabra, facie minutiſſime criſpata.

SPICA terminalis, androgyna, oblonga, ſupradecompoſita, conſtans ſpiculis compoſitis, circa baſin cinctis bractea ovata, membranacea, dorſo ſcabra; bractea, ſpiculas inferiores cingente, in foliolum longum, ſetaceum, hiſpidum attenuata; bracteis ſuperioribus aphyllis.

SPICULAE ſeſſiles, ovatæ, ventricoſæ, inferne flores femineos, ſuperne mares gerentes.

SQUAMAE ovatæ, acutæ, modo dilutius, modo ſaturatius ferrugineæ, apice aut convexiuſculæ & læves, aut compreſſæ carinaque ſcabræ.

Mares.

FILAMENTA tria, ſquama longiora. Antheræ acuminatæ.

Feminæ.

GERMEN oblongum, roſtratum, dorſo convexum, facie planum, margine viridi ciliatum. Stigmata duo, brevia, villoſa, recurva.

CAPSULAE oblongæ, ſtriatæ, patulæ, in roſtrum bifidum attenuatæ, dorſo convexæ, facie planæ, ſuperiori parte ad oras aculeis exaſperatæ. Semen ovatum, trigonum, ſtylo perſiſtente coronatum.

F. 1. Planta florens. 2. Squama cum ſtaminibus aucta. 3. Piſtillum auctum. 4. Culmi pars cum ſpica capſulifera. 5. Capſula aucta. 6. Semen nat. magn. 7. Idem auctum.

CAREX CANESCENS. Tab. 57.

C. paniculata, paniculæ ramis brevibus, capſulis bifidis, laciniis conniventibus. *Sp. pl. p. 1383.*

Carex paradoxa. *Willd. in act. 2. p. 19.*

In pratis paluſtribus, ad foſſas, rivulos circa *Himberg*, *Bruck an der Leitha*, alibique. Fl. Aprili, Majo.

RADIX fuſca, ligneſcens, fibris plurimis, flexuoſis firmata, denſum culmorum foliorumque ceſpitem nutriens, perennis.

CULMUS erectus, glaber, ſuperne nudus, triquetrus & ad angulos ſcaber, inferiore parte foliorum vaginis tectus, ſubtrigonus atque lævis; florens ſemipedalis vel parum longior, multo altior poſt floreſcentiam.

FOLIA anguſta, canaliculata, carinata, ſuprema parte triquetra, ad oras carinamque ſcabra. Vaginæ glabræ, ſtriatæ; infimæ ſquamiformes, acuminatæ, nigricantes.

PANICULA erecta, in variis culmis diverſæ craſſitiei & longitudinis. Rami breves, in aliquibus paniculis omnes rachi adpreſſi; in paucis duo vel tres inferiores patuli, reliqui ſuperiores rachi incumbentes.

SPICULAE oblongæ, acutæ, ſeſſiles; inferiores flores plerumque femineos; ſuperiores mere maſculos gerentes; quandoque in paniculis ſerius prodeuntibus quamplurimæ femineæ; & paucæ androgynæ: floſculis inferioribus femineis; uno alterove mare, apici ſpiculæ inſidente.

SQUAMAE oblongæ, acutæ; primo ferrugineæ & margine albo membranaceæ; dein ſeneſcendo tota ſuperficie caneſcentes; aliæ dorſo convexiuſculæ lævesque; aliæ carinatæ carinaque ſcabræ.

Mari.

FILAMENTA tria, capillaria, ſquama longiora. Antheræ acutiuſculæ.

Feminæ.

GERMEN ovatum, breve, facie planum, dorſo convexum, margine ciliatum. Stigmata duo, longiſſima, pubeſcentia.

CAPSULA ovata, utrinque gibba & lineis elevatis diſtincta, toto margine aculeis breviſſimis exaſperata, apice attenuata in roſtrum breve, bifidum: laciniis conniventibus. Semen triquetrum, ad baſin fovea inſculptum.

F. 1. Planta florens. 2. Squama cum ſtaminibus & 3. ſquama cum piſtillo aucta. 4. Culmi capſuliferi pars ſuperior. 5. Capſula aucta. 6. Semen nat. magn. 7. Idem auctum.

CAREX PANICULATA. Tab. 58.

C. paniculata, paniculæ ramis longis alternis remotiuſculis, capſulis apice bifidis, laciniis hiantibus. *Good. l. cit. p. 164. Sp. pl. p. 1383. Leers herb. p. 201. t. 14. f. 4. Willd. in act. 2. p. 18. Hall. hiſt. n. 1368.*

Carex ſpica multiplici. *Mich. gen. p. 68. t. 33. f. 7.*

Cyperus alpinus, longus, inodorus, panicula ferruginea, minus ſparſa. *Scheuchz. agr. 499. prodr. p. 27. t. 8.*

In paluſtribus, ad foſſas. ♃. Majo, Junio.

RADIX valida, ligneſcens, fibris craſſis, teretibus firmata, plurimos culmos foliorumque faſciculos, in denſum ceſpitem unitos, promens, perennis.

CULMI erecti, triquetri, ima parte foliorum vaginis tecti atque læves, superne nudi ac ad angulos ſcaberrimi; florentes pedales vel ſeſquipedales; capſuliferi bipedales aut duobus pedibus longiores.

FOLIA lata, canaliculata, glabra, carinata, apicem verſus triquetra, ad oras & carinam aculeis valde exasperata. Vaginæ glabræ, læves; infimæ ſquamiformes, aphyllæ, pungentes, nigricantes.

PANICULA oblonga, acuta; florens erecta; capſulifera inclinata. Rami alterni, longi, ſcabri; primo erecti; dein patentiuſculi.

SPICULAE sessiles, ovatæ, obtusæ, constantes flosculis pluribus; inferioribus femineis; superioribus maribus.

SQUAMAE ovatæ, plus vel minus apicem versus attenuatæ, dorso fusco-ferrugineæ, margine albo membranaceæ; patulæ carinatæ carinaque scabræ.

Mari.

FILAMENTA tria, squama longiora. Antheræ acuminatæ.

Feminæ.

GERMEN oblongum, dorso convexum, facie planum, margine ciliatum. Stigmata duo, longa, erectiuscula, pubescentia.

CAPSULA ovata, striata, rostrata, hinc plana, illinc convexa, superiori tantum parte ad marginem scabra, apice bifida: laciniis distantibus. Semen ovatum, apice obtusum, basi attenuatum, dorso carinatum.

F. 1. Planta florens. 2. Squama cum staminibus & 3. squama cum pistillo aucta. 4. Culmi capsuliferi superior pars. 5. Semen nat. magn. 6. Idem auctum. 7. Capsula aucta.

CAREX ALBA. Tab. 59.

C. spicis linearibus erectis: mascula terminali unica; femineis pedunculatis, capsulis ovato-trigonis. *Allion. ped. 2. p. 269. Hænke in Jacq. collect. 2. p. 82. Host syn. p. 510. Scop. carn. tom. 2. p. 216. Schkuhr handb. p. 399. Hall. hist. n. 1377.*

Cyperoides foliis tenuissimis. *Mich. gen. p. 65. n. 79.*

Gramen sylvaticum, angustifolium, spica alba. *Bauh. pin. 4. Scheuchz. agr. 410. t. 10. f. 4. 5.*

In sylvis. Fl. Aprili.

RADIX gracilis, teres, repens, squamis oblongis, fuscis vestita, fibris plurimis capillata, perennis.

CULMI erecti, subtrigoni, pilis brevissimis inspersi, in superiori parte, spicæ femineæ subjecta, sulco longitudinali insculpti; florentes triunciales circiter; capsuliferi semipedales.

FOLIA angustissima, striata, glabra, margine aculeis raris exasperata.

SPICA mascula terminalis, unica, erecta, oblonga, subteres, acuminata. Spicæ femineæ duæ, raro tres, lineares, acuminatæ, paucifloræ, culmo adpressæ, insidentes pedunculis, ex axilla bracteæ membranaceæ, vel aphyllæ, vel in breve foliolum desinentis, egredientibus: spica superiore in planta capsulifera, ob pedunculum elongatum, ultra masculam producta.

SQUAMAE membranaceæ, glabræ, acutæ, ex albo & flavescenti variæ: in spica masculina longæ, obovatæ, arcte imbricatæ; in spica feminina ovatæ, magis pallidæ, dorso compressæ, carinatæ, marginibus involutis germen amplectentes, in spica florente approximatæ, in capsulifera remotæ.

Mari.

FILAMENTA tria, capillaria, debilia, ultra squamæ apicem exserta. Antheræ longæ, flavescentes, obtusæ.

Feminæ.

GERMEN ovatum, minimum, glabrum. Stylus brevis. Stigmata tria, villosa, squama duplo longiora.

CAPSULA tumida, ovato-trigona, apice in brevissimum & integrum rostrum desinens. Semen triquetrum.

F. 1. Planta florens. 2. Squama cum flaminibus & 3. fquama cum piftillo aucta. 4. Planta capfulifera. 5. Capfula aucta. 6. Semen nat. magn. 7 Idem auctum.

CAREX DIGITATA. Tab. 60.

C. fpicis linearibus alternis remotis, capfulis oblongis trigonis pubefcentibus. *Sp. pl. p. 1384. Leers herb. p. 202. t. 16. f. 4. Scop. carn. tom. 2. p. 217. Pollich. palat. tom. 2. p. 576. Willd. in act. 2. p. 22. Good. l. cit. p. 166. Schkuhr handb. p. 380. Hall. hift. n. 1376.*

Cyperoides montanum. *Mich. gen. p. 65. t. 32. f. 9.*

Gramen caryophyllatum, montanum, fpica varia. *Bauh. pin. 4. prodr. 23. Scheuchz. agr. 448. t. 10. f. 14.*

In fylvis. Fl. Martio, Aprili.

RADIX tenuis, fusca, fibris plurimis firmata, fquamis purpureis tunicata, perennis.

CULMI ftriati, glabri, fubtrigoni, apicem verfus ad angulos fcabri, latere externo convexiusculi, latere interno fuperiori parte obfolete fulcati; omnes ex axillis foliorum, fasciculos conftituentium, orientes; floriferi bi-vel triunciales & erecti; capfuliferi multo longiores & inter hos alii erecti, alii inclinati, alii deflexi.

FOLIA canaliculata, glabra, ftriata; culmea breviffima anguftiffimaque; reliqua primo erecta & culmo breviora, dein deflexa culmumque longitudine fuperantia. Vaginæ, culmos veftientes, glabræ, ftriatæ, purpureæ aut ex viridi & purpureo variæ, facie planæ, dorfo carinatæ, uno alterove margine aculeis exasperatæ.

SPICA mascula terminalis, unica, tenuis, linearis; florens erecta; dein incurvata. Spicæ femineæ duæ vel tres, longæ, lineares, acutæ, dorfo convexiusculæ, facie planæ; prius fibi approximatæ; dein remotæ; fpica fuprema poft florefcentiam ultra masculam producta; omnes infidentes pedunculis filiformibus, dorfo convexis, margine aculeatis, circa bafin vaginula longa, obtufiuscula, glabra, purpurafcente amictis, & ex axilla bracteæ vaginæformis, apicem verfus dilatatæ, plerumque aphyllæ prodeuntibus.

SQUAMAE obovato-oblongæ, purpurafcentes, glabræ, apicem verfus albicantes: in fpica masculina dorfo convexiusculæ & femper arcte imbricatæ; in fpicis femininis carinatæ, breviores, prius imbricatæ, dein remotæ.

Mari.

FILAMENTA tria, capillaria, fquama longiora. Antheræ longæ, apice parum emarginatæ.

Feminæ.

GERMEN minimum, ovatum. Stylus longus, pubefcens. Stigmata tria, villofa.

CAPSULAE oblongæ, pubefcentes, trigonæ, bafi attenuatæ, apice obtufo in roftrum breviffimum & indivifum terminatæ. Semen triquetrum.

F. 1. Planta florens. 2. Squama cum flaminibus & 3. fquama cum piftillo aucta. 4. Planta capfulifera. 5. Capfula aucta. 6. Semen nat. magn. 7. Idem auctum.

CAREX PEDATA. Tab. 61.

C. fpicis alternis linearibus: mascula terminali; femineis pedunculatis fubfaftigiatis, capfulis oblongis pubefcentibus. *Sp. pl. p. 1384. Schkuhr handb. p. 379. Hall. hift. n. 1375.*

Cyperoides. *Mich. gen. p. 65. t. 32. f. 14.*

Gramen caryophyllatum, nemorosum, spica multiplici. *Bauh. pin. 4. Scheuchz. agr. 450.*

In alpibus ad rivulos, & in aliis humidis locis. Fl. Majo, Junio.

RADIX longa, fusca, fibris plurimis capillata, foliorum marcidorum reliquiis tecta, ramosa, perennis.

CULMI graciles, striati, setulis brevissimis inspersi, trigoni: lateribus inæqualibus, omnes ex axillis foliorum, fasciculos componentium, emergentes; florentes sesquiunciales; capsuliferi tri-vel quadriunciales.

FOLIA canaliculata, glabra, ad superiorem marginis & carinæ partem scabra; culmea angustissima brevissimaque; reliqua primo uncialia circiter & erecta; adulta multo longiora & deflexa. Vaginæ striatæ, glabræ; florales aphyllæ; reliquæ fuscæ aut albidæ, margine aculeatæ, brevissimum foliolum sustinentes. Ligula brevissima, truncata, indivisa.

SPICA mascula unica, oblonga, erecta, subtrigona: lateribus convexiusculis, apice & basi attenuata. Spicæ femineæ duæ aut tres, mascula longiores, approximatæ, subfastigiatæ, ultra masculam productæ, lineares, subteretes; florentes strictæ; capsuliferæ divergentes; omnes pedunculatæ: pedunculis scabris, circa basin vagina membranacea, obtusa vestitis, & in axilla vaginæ bracteæformis, obtusæ, aphyllæ prodeuntibus.

SQUAMAE ovatæ, pallide ferrugineæ, margine albæ: in spica masculina superiores acutæ, inferiores obtusæ, omnes ante & post florescentiam arcte imbricatæ; in spicis femineis omnes obtusæ, primo imbricatæ, dein remotæ.

Mari.

FILAMENTA tria, capillaria. Antheræ parvæ, obtusiusculæ.

Feminæ.

PISTILLUM pubescens. Germen ovatum, obtusum. Stylus germine longior. Stigmata tria, erecta.

CAPSULA oblonga, triquetra, squama longior, basi in collum angustum attenuata, apice brevissimo & indiviso rostro armata, superiori parte pubescens.

F. 1. Planta florens. 2. Squama cum staminibus & 3. squama cum pistillo aucta. 4. Planta capsulifera. 5. Capsula aucta. 6. Semen nat. magn. 7. Idem auctum.

CAREX CAPILLARIS. Tab. 62.

C. spica mascula unica, femineis pluribus oblongis: floriferis erectis; capsuliferis pendulis, pedunculis capillaribus, capsulis acuminatis. *Good. l. cit. p. 180. Sp. pl. p. 1386. Fl. Dan. t. 168. Scop. carn. tom. 2. p. 220. t. 59. Hall. hist. n. 1394.*

Cyperoides alpinum, spicis feminiferis pendulis, binis in summo caule. *Segu. ver. suppl. p. 83. t. 3. f. 1.*

In alpinis, subalpinis. Fl. Junio.

RADIX fibrosa, fusca, perennis.

CULMUS erectus, compressus, striatus, glaber; florens semipollicaris; fructifer bi-vel tripollicaris; in locis magis humidis altior.

FOLIA canaliculata, glabra; culmo florente longiora; fructifero breviora.

SPICA mascula unica, oblonga, subtriquetra, acuta, flavescens, erecta. Spicæ femineæ tres circiter, subtriquetræ, pauciflores, insidentes pedunculis capillari-

bus, ex axilla foliorum brevium egredientibus; in planta florente breviffimis & erectis; in capfulifera elongatis & pendulis.

SQUAMAE obovatæ, glabræ, membranaceæ, primo albæ, dein flavefcentes, aliæ dorfo convexæ & læves, aliæ carinatæ & ad fuperiorem carinæ partem fcabræ: in fpica mafculina longiores; in feminina breviores.

Mari.

FILAMENTA tria, capillaria, fquama longiora. Antheræ obtufæ.

Feminæ.

GERMEN oblongum, dorfo convexiufculum, margine minutiffime ciliatum. Stigmata tria, brevia, pubefcentia.

CAPSULA ovata, triquetra, in roftrum longum & apice parum fiffum definens. Semen ovatum, triquetrum, ftylo coronatum.

F. 1. Planta florens. 2. Squama cum ftaminibus & 3. fquama cum piftillo aucta. 4. Planta capfulifera. 5. Capfula aucta. 6. Semen nat. magn. 7. Idem auctum.

CAREX FLAVA. Tab. 63.

C. fpica mafcula terminali fubclavata, femineis remotis oblongo-ovatis, capfularum roftris longis recurvis, foliis floralibus erectis.

In pratis paluftribus planitiei circa *Erla*, *Himberg*, *Laxenburg*. Fl. Aprili.

RADIX lignefcens, fufca, plurimas fibras emittens, perennis.

CULMUS erectus, ftriatus, glaber, inferne trigonus, fuperiori parte triquetrus & ad angulos fcaber; florens femipedalis; poft florefcentiam multo longior.

FOLIA canaliculata, glabra, ad oras & carinam fuperne fcabra.

SPICA mascula terminalis, oblonga; florens fubclavata; triquetra ante & poft florefcentiam, unica, raro duæ. Spicæ femineæ oblongo-ovatæ, fæpe uno alterove flofculo mare terminatæ, a fpica mafcula ac a fe invicem remotæ, duæ vel tres, pedunculatæ: pedunculis bafi vaginula membranacea, obtufa veftitis & ex axilla foliorum fuperiorum egredientibus; pedunculo tertio infimoque longiffimo.

SQUAMAE obovatæ, glabræ, inferne albefcentes, apicem verfus ex flavo ferrugineæ: in fpica mafculina aliæ dorfo convexiufculæ læves que, aliæ dorfo compreffæ carinaque fcabræ; in fpica feminea breviores, magis acutæ.

Mari.

FILAMENTA tria, fquama longiora. Antheræ longæ, obtufæ.

Feminæ.

PISTILLA imbricata, erecta. Germen ovatum, ventricofum, roftratum, glabrum. Stigmata tria, villofa.

CAPSULAE ovatæ, trigonæ, inflatæ, ftriatæ, flavæ, recurvæ, roftro margine fcabro, apice bifido donatæ. Semen triquetrum, bafi attenuatum, apice obtufum, ftylo coronatum.

F. 1. Planta florens. 2. Squama cum ftaminibus aucta. 3. Piftillum auctum. 4. Culmus capfulifer. 5. Capfula aucta. 6. Semen nat. magn. 7. Idem auctum.

CAREX PATULA. Tab. 64.

C. fpica mafcula oblonga trigona, femineis ovatis approximatis, piftillis patulis, capfularum roftris rectis reflexisve, foliis floralibus laxis.

Carex flava. *Leers herb. p. 202. t. 15. f. 6. Willd. in act. 2. p. 21.*

Cyperoides paluſtre, aculeatum, ſpica breviore. *Scheuchz. agr. 426.*

In humidis montanis, ſubalpinis & alpinis. Fl. in demiſſis Aprili, Majo; tardius in alpinis.

RADIX ligneſcens, fibris plurimis firmata, denſum foliorum culmorumque cespitem promens, perennis.

CULMUS erectus, glaber, ſtriatus, inferne trigonus, ſuperne triquetrus & ad angulos lævis; florifer tri-vel quadriuncialis; capſulifer plerumque pedalis.

FOLIA mollia, carinata, ſtriata, ad oras carinamque aspera, facie ad lentem rugoſula; floralia laxa.

SPICA maſcula terminalis, unica, oblonga, perfecte trigona. Spicæ feminea duæ vel tres, quandoque quatuor, florentes ovatæ vel oblongæ, ventricoſæ, ſuperiores approximatæ, omnes inſidentes pedunculis hinc planis, illinc convexiuſculis, ex vagina foliorum ſuperiorum egredientibus: inferioribus longioribus baſi tantum; reliquis brevioribus per totum decurſum vaginula membranacea, albida, obtuſiuſcula veſtitis.

SQUAMAE oblongæ, albidæ, ſuperne flaveſcentes: in ſpica maſculina aliæ dorſo convexiuſculæ & læves, aliæ compreſſæ & carina apicem verſus ſcabræ; in feminina omnes dorſo convexiuſculæ atque læves, pallidiores, brevioresque.

Mari.

FILAMENTA tria, ſquama breviora. Antheræ longæ, obtuſæ.

Feminæ.

PISTILLA patula. Germen ovatum, ſquama ſua longius, in roſtrum longum deſinens. Stigmata tria, brevia, pubeſcentia, patentia.

CAPSULAE ovatæ, trigonæ, ſtriatæ, glabræ, flaveſcentes, in roſtrum longum, apice bifidum, margine ſcabrum deſinentes, pleræque totæ rectæ & patentes, paucæ, baſin ſpicæ occupantes, roſtro reflexæ. Semen triquetrum, baſi anguſtatum.

F. 1. Planta florens. 2. Squama cum ſtaminibus aucta. 3. Piſtillum auctum. 4. Culmus capſulifer. 5. Capſula aucta. 6. Semen nat. magn. 7. Idem auctum.

CAREX OEDERI. Tab. 65.

C. ſpica maſcula oblonga trigona, femineis ſubſeſſilibus ovalis confertis, capſulis roſtratis, roſtro recto capſula breviore. *Schrader ſpicil. p. 51. Schkuhr handb. p. 371. Fl. Dan. t. 371.*

In uliginoſis, paluſtribus. Fl. tota æſtate.

RADIX fibroſa, plurimos foliorum faſciculos culmosque protrudens, perennis.

CULMUS ſubtrigonus, ſtriatus, lævis, erectus, vel intortus; florens bi-aut triuncialis; capſulifer parum longior.

FOLIA canaliculata, ſtriata, glabra, margine carinaque aspera.

SPICA maſcula terminalis, unica, oblonga, trigona. Spicæ femineæ a duabus ad quatuor, primo ovatæ, dein ſubrotundæ, ſæpe uno alterove floſculo mare terminatæ; ſuperiores plerumque confertæ; infima remota, omnes pedunculatæ: pedunculis ſtriatis, glabris, inferne vaginula membranacea, acutiuſcula amictis.

SQUAMAE glabræ, membranaceæ, ſuperne flaveſcentes vel ſpadiceæ, ſæpe totæ albicantes: in ſpica maſculina oblongo-ovatæ; in ſpica feminea ovatæ, acutæ aut obtuſæ.

Mari.

FILAMENTA tria. Antheræ longæ, acutæ.

Feminae.

GERMEN ovatum, læve, glabrum, rostratum, hinc planum, illinc convexiusculum. Stigmata tria, villosa.

CAPSULAE subrotundæ, triquetræ, patentes, squamis longiores, rostro brevi, apice bifido, margine aculeis minutissimis exasperato, donatæ. Semen triquetrum, basi attenuatum, apicem versus ampliatum.

Hæc & in eo diversa est a carice flava patulaque, quod ejus radix continuet tota æstate successive novos, spicasque gerentes, protrudere culmos: sicque fiat, ut in eadem planta culmos florentes, capsuliferos, & inter postremos alios capsulas maturas, alios immaturas ferentes, invenire valeas.

F. 1. Planta florens. 2. Squama cum staminibus aucta. 3. Pistillum auctum. 4. Planta capsulifera. 5. Capsula aucta. 6. Semen nat. magn. 7. Idem auctum.

CAREX MONTANA. Tab. 66.

C. spicis femineis ovatis sessilibus, mascula terminali, squamis capsula utrinque attenuata & pubescenti brevioribus. *Vill. delph. 2. p. 211.*

In sylvis montanis. Fl. Martio, Aprili.

RADIX lignosa, ramosa, foliorum marcidorum reliquiis tecta, fibris plurimis aucta, perennis.

CULMI subtrigoni, striati, apicem versus ad angulos scabriusculi; florentes palmares circiter, & alii erecti, alii recurvi, aliqui flexuosi; capsuliferi semipedales, debiles, arcuati, aut capsularum pondere terræ adpressi.

FOLIA subcanaliculata, glabra, striata, ad oras & carinam superne scabra; in planta florente bi-triuncialia, pallide viridia; in capsulifera semipedalia, saturate viridia, & pleraque culmis longiora. Vaginæ exteriores purpurascentes, intimæ albicantes.

SPICA mascula terminalis, unica, oblonga, ventricosa, utrinque attenuata. Spicæ femineæ subcylindricæ, sessiles, bractea lata, ovata, in mucronem longum, aut foliolum tenue scabrum desinente, stipatæ, duæ aut unica.

SQUAMAE obovatæ, leves, glabræ, basi albidæ, reliqua parte saturate purpureæ; aliæ apice emarginatæ; aliquæ rostro brevi obtusoque donatæ: in spica masculina apicem versus angustiores; in feminina breviores.

Mari.

FILAMENTA tria, capillaria, squama longiora. Antheræ longæ, erectæ, emarginatæ.

Feminae.

GERMEN ovatum, obtusum, pubescens. Stigmata tria, villosa.

CAPSULAE inflatæ, subtriquetræ, pubescentes, squamis longiores, basi attenuatæ, apice in rostrum breve & obtusum desinentes. Semen triquetrum, fuscum, ad angulos viridulum, tam basi quam apice attenuatum.

F. 1. Planta florens. 2. Squama cum staminibus & 3. squama cum pistillo aucta. 4. Planta capsulifera. 5. Capsula aucta. 6. Semen nat. magn. 7. Idem auctum.

CAREX HUMILIS. Tab. 67.

C. spica mascula unica oblonga, femineis remotis subtrifloris bracteæ vaginanti subæqualibus. *Schreb. spicil. p. 65. Host syn. p. 507.*

CAREX clandestina. *Good. l. cit. p. 167. Schkuhr handb. p. 385.*

Cyperoides montanum, humile, angustifolium, culmo veluti folioso, spicis obesso. *Scheuchz. agr. 407. t. 10. f. 1.*

In collibus herbidis, pratis sterilibus, ad sylvarum margines. Fl. Martio, Aprili.

RADIX perennis, lignescens, nigricans, foliorum marcidorum reliquiis tecta, fibris crassis aucta, plerumque horizontalis.

CULMUS parum incurvus, subteres, striatus, glaber, parte, spicæ femineæ subjecta, longitudinaliter sulcatus; in aridis pollicaris; in solo fertiliori tripollicaris, quandoque altior.

FOLIA rigida, tenuia, canaliculata, striata, margine carinaque scabra; juniora culmi longitudine; adulta eo multo longiora.

SPICA mascula terminalis, unica, oblonga, acuta, parum arcuata. Spicæ femineæ lanceolatæ, duæ aut tres, remotæ, bi-aut triflorae, pedunculatæ: pedunculis ex axilla bracteæ culmum amplectentis, ad apicem tantum rufescentis, reliqua parte albidæ, aphyllæ vel in breve foliolum desinentis, exeuntibus.

SQUAMAE latæ, purpurascentes: in spica masculina oblongæ, obtusæ, dorso convexiusculæ, apicem versus albidæ; in spica feminina ovatæ, acutæ, compressæ & plerumque carina scabræ.

Mari.

FILAMENTA tria, capillaria, squama duplo longiora. Antheræ apice membranaceo acutæ.

Feminæ.

PISTILLUM pubescens. Germen ovatum minimum. Stylus germine triplo longior. Stigmata tria, longissima.

CAPSULA pubescens, obovato-trigona, basi angustata, apice in brevissimum indivisumque rostrum desinens. Semen triquetrum, basi attenuatum.

F. 1. Planta florens. 2. Squama cum staminibus & 3. spicula feminina, atque 4. squama cum pistillo aucta. 5. Planta capsulifera. 6. Capsula aucta. 7. Semen nat. magn. 8. Idem auctum.

CAREX PRAECOX. Tab. 68.

C. spica mascula terminali, femineis subpedunculatis, squamis capsulæ obtusæ pubescentique æqualibus. *Willd. in act. 2. p. 23. Jacqu. austr. t. 446. Good. l. cit. p. 170. Schkuhr handb. p. 372. Hall. hist. n. 1381.*

Carex filiformis. *Leers herb. p. 204. t. 16. f. 5. Host syn. p. 507.*

Cyperoides alpinum, caryophyllatæ foliis, spicis tenuibus, e fusco rufescentibus. *Scheuchz. agr. 433.*

In pratis, collibus, pascuis montanis & alpinis. Fl. in demissis Martio, Aprili; Junio in alpinis.

RADIX perennis, repens, fusca, præcipue ad culmorum foliorumque originem fibris plurimis capillata.

CULMUS erectus, striatus, glaber, lævis, trigonus, ima parte foliorum vaginis vestitus, superne aut nudus aut circa medium unico folio donatus; florens biuncialis triuncialisve; fructiger altior.

FOLIA canaliculata, glabra, summa parte in cuspidem triquetram attenuata, carina & margine apicem versus scabra.

SPICA mascula terminalis, unica, oblonga, subtrigona, ventricosa; in aliis culmis acuta; obtusa in aliis. Spicæ femineæ sub mascula duæ aut tres, oblongæ, acutæ, facie planiusculæ, dorso convexæ, insidentes pedunculis striatis, margine scabris, basi vaginula membranacea, apice fusca vestitis: pedunculo infimo plerumque longiore, & ex vagina folii brevis exeunte; reliquis brevissimis ac bractea oblonga, margine fusca, dorso viridi compressa, modo aphylla, modo in breve foliolum desinente, stipatis.

SQUAMAE ferrugineæ: in spica masculina oblongæ, obtusæ aut acuminatæ: in spica feminea ovatæ, pleræque acuminatæ, aliquæ dorso compressæ & superiori carinæ parte aculeis exasperatæ.

Mari.

FILAMENTA tria, capillaria; primo squama breviora; dein longiora. Antheræ longæ, obtusiusculæ.

Feminæ.

GERMEN ovatum, villosum. Stigmata tria, longissima, pubescentia.

CAPSULA ovata, subtrigona, brevi villo tecta, apice indivisa, longitudine squamam suam æquans. Semen triquetrum.

F. 1. Planta florens. 2. Squama cum staminibus & 3. squama cum pistillo aucta. 4. Planta capsulifera. 5. Capsula aucta. 6. Semen nat. magn. 7. Idem auctum.

CAREX UMBROSA. Tab. 69.

C. spica mascula unica, spicis femineis approximatis duabus tribusve, squamis femininis carina scabris, capsulis oblongis hirtis.

In Austriæ sylvis umbrosis. Fl. Aprili.

RADIX subrepens, teres, fibris plurimis capillata, densum foliorum cespitem pluresque culmos promens, perennis.

CULMI striati, glabri, solidi, trigoni, tantum ad racheos oras scabri; florentes pedales circiter & erecti; post florescentiam longiores & inclinati, sæpeque terræ adpressi.

FOLIA canaliculata, glabra, striata, cuspidata, ad oras & superiorem carinæ partem scaberrima; juniora brevia & erecta; adultiora recurvata & culmo longiora.

SPICA mascula terminalis, unica, oblonga, subclavata, acuta vel obtusa. Spicæ femineæ oblongæ, subtrigonæ acuminatæ, basi attenuatæ, sæpe apice flosculis aliquot masculis terminatæ, duæ aut tres, pedunculatæ: pedunculis margine scabris, circa basin vaginula oblonga, membranacea vestitis; uno alterove inferiore ex axilla vaginæ folii brevis prodeunte; pedunculo spiculæ supremæ brevissimo, & squama oblonga, acuminata, carina scabra, stipato.

SQUAMAE basi albidæ, reliqua parte pallide ferrugineæ: in spica masculina oblongæ, dorso convexæ; supremæ acuminatæ, apicem versus carinatæ carinaque scabræ; reliquæ acutæ & totæ convexæ atque læves; in spicis femininis breviores, ovatæ, omnes acutæ, carinatæ carinaque aculeis exasperatæ.

Mari.

FILAMENTA tria, squama longiora. Antheræ longæ, obtusæ.

Feminæ.

GERMEN oblongum, villosum, dorso convexum, facie planum. Stigmata tria, longa, villosa.

CAPSULA oblonga, fubtrigona, pilis brevibus confita, bafi attenuata, apice in roftrum bifidum attenuata. Semen triquetrum.

F. 1. Planta florens. 2. Squama cum ftaminibus & 3. fquama cum piftillo aucta. 4. Culmus capfulifer. 5. Capfula aucta. 6. Semen nat. magn. 7. Idem auctum.

CAREX DIVERSIFLORA. Tab. 70.

C. culmo florente erecto, fructifero deflexo, fpicis culmorum lateralium femineis folitariis ebracteatis, capfulis elongatis triquetris.

Carex gynobafis. *Vill. delph. 2. p. 206. Schkuhr handb. p. 375.*

In apricis, nemorenfibus, collibus herbidis, ad montium pedes circa *Bertholdsdorf*, *Modling*, *Baaden*. Fl. Martio, Aprili.

RADIX lignofa, nigricans, fibris plurimis & validis firmata, perennis.

CULMI aphylli, plures ex fingulis foliorum fafciculis prodeuntes: culmus intermedius longiffimus, fubtrigonus, ftriatus, fuperne fcaber, fpicas tres aut quatuor gerens: fpica terminali mascula; reliquis femineis; culmi laterales tenues, breves, compreffi, ftriati, fpica feminea unica aut duabus terminati; omnes florentes erecti; capfuliferi elongati, deflexi.

FOLIA canaliculata, margine & ad fuperiorem carinæ partem afpera.

SPICA mascula oblonga, acuta, trigona. Spicæ femineæ oblongæ, lanceolatæ, paucifloræ; in culmis lateralibus ebracteatæ; fpica infima in culmo intermedio plerumque pedunculata, bractea membranacea, culmum amplectente, dorfo viridi, apice in foliolum tenue definente, ftipata; reliquæ feffiles bracteis aut aphyllis, aut cuspide tenuiffima terminatis, cinctæ.

SQUAMÆ oblongæ, ferrugineæ, margine albo membranaceæ, glaberrimæ: in fpica masculina longiores & obtufæ; in fpica feminina breviores, acutæ, dorfo compreffæ.

Mari.

FILAMENTA tria, capillaria, fquama longiora. Antheræ longæ, obtufæ.

Feminæ.

GERMEN oblongum, dorfo convexum, facie planiusculum, margine pilis brevibus infperfum. Stigmata tria, erecta, pubefcentia.

CAPSULA oblonga, fubtriquetra, lineis elevatis notata, bafi valde attenuata, apice in roftrum breviffimum, obtufum integrumque definens, glabra tota aut fuperiori tantum parte pubefcens. Semen obovatum, triquetrum, bafi attenuatum.

F. 1. Planta florens. 2. Squama cum ftaminibus & 3. fquama cum piftillo aucta. 4. Planta fructifera. 5. Capfula aucta. 6. Semen nat. magn. 7. Idem auctum.

CAREX NITIDA. Tab. 71.

C. fpica mascula unica oblonga, femineis inferioribus longe pedunculatis, capfulis fubglobofis glabris nitidis.

In collibus agri vindobonenfis circa *Weinhaus*. Fl. Aprili.

RADIX repens, fusca, fibris copiofis capillata, perennis.

CULMUS erectus, ftriatus, triquetrus, ad angulos fcabriusculus; florens triuncialis circiter; capfulifer multo longior.

FOLIA canaliculata, in cuspidem longam attenuata, nitida, margine atque carina fcabra.

SPICA mascula terminalis, unica oblonga, ventricosa, subclavata. Spicæ femineæ a duabus ad sex, oblongæ, subtrigonæ, acutæ, erectæ, pedunculatæ: pedunculis scabris, basi vaginula lata, ovata, acuminata, apice ferruginea amictis; inferioribus longis, ex axilla folii longi & scabri egredientibus; superioribus brevibus, & bractea oblonga, basi dilatata, apice in foliolum breve attenuata vel aphylla, stipatis.

SQUAMAE latæ, nitidæ, ferrugineæ, margine albidæ: in spica masculina omnes dorso convexiusculæ, apice plus vel minus obtusæ; in spicis femininis inferiores aliquot dorso compressæ, reliquis magis acutæ, & carina aculeis paucis exasperatæ.

Mari.

FILAMENTA tria, squama longiora. Antheræ obtusæ.

Feminæ.

GERMEN ovatum, glabrum, facie planum, dorso convexum. Stigmata tria, villosa.

CAPSULAE ovatæ, ventricosæ, nitidæ, læves, glabræ, brevi bifidoque rostro donatæ, raro superiore marginis parte denticulis aliquot exasperatæ. Semen triquetrum.

F. 1. Planta florens. 2 Squama cum staminibus & 3. squama cum pistillo aucta. 4. Planta capsulifera. 5. Capsula aucta. 6. Semen auctum. 7. Idem nat. magn.

CAREX MICHELII. Tab. 70.

C. spica mascula terminali obovata, femineis subpedunculatis, squamis femininis acuminatis, capsulis inflatis longe rostratis. *Host syn. p. 507.*

Cyperoides sylvarum. *Mich. gen. p. 58. t. 32. f. 5.*

In sylvis, pratis, collibus. Fl. Aprili, Majo.

RADIX repens, fusca, squamis oblongis, striatis tecta, fibris copiosis aucta, perennis.

CULMUS erectus, striatus, glaber, subtrigonus, tantum superiori parte ad angulos parum asper; florens spithamalis; fructifer longior.

FOLIA canaliculata, glabra, culmo breviora, ad oras & carinam scabra, omnia vaginata.

SPICA mascula terminalis, unica oblonga, basi attenuata. Spica feminea oblonga, acuta, multiflora, angustior quam masculina, aut unica aut duæ, remotæ, insidentes pedunculo, ex vagina folii floralis exeunte, circa basin vaginula propria, membranacea, acuminata obvoluto.

SQUAMAE oblongæ, membranaceæ, glabræ, ex albo flavescentes: in spica masculina inferiores amplæ, acuminatæ, superiores angustiores & acutæ, supremæ obtusiusculæ; in spica feminina magis albæ, apice in cuspidem elongatæ, atque ad oras aculeis scabræ.

Mari.

FILAMENTA tria, capillaria, squama longiora. Antheræ oblongæ, lineares, obtusiusculæ.

Feminæ.

GERMEN oblongum, lineare. Stigmata tria, pubescentia.

CAPSULA oblongo-ovata, inflata, subtrigona, striata, erecta, squama longior, rostro longo & apice bifido donata. Semen triquetrum.

F. 1. Planta florens. 2. Squama cum ſtaminibus & 3. ſquama cum piſtillo aucta. 4. Planta capſulifera. 5. Capſula aucta. 6. Semen nat. magn. 7. Idem auctum.

CAREX EXTENSA. Tab. 73.

C. ſpica maſcula unica, femineis confertis remotisve, ſuperioribus ſeſſilibus, capſulis erectis ovatis glabris lineatis. *Good. l. cit. p. 175. t. 21. f. 7.*

Tergeſti in paluſtribus *alle Saule.* Fl. Aprili.

RADIX fibroſa, fuſca, perennis.

CULMI erecti, ſtriati, glabri, læves, ſubtrigoni; florentes dodrantales; capſuliferi pedales aut pede longiores.

FOLIA canaliculata, glabra, ad ſuperiorem carinæ marginisque partem aculeis remotis ſcabra; floralia primo erecta, dein horizontaliter patentia.

SPICA maſcula terminalis, unica, oblonga, ſubcylindrica, acuta; primo erecta; dein recurvata. Spicæ femineæ oblongæ, obtuſæ, ſubtrigonæ, duæ aut tres; ſuperiores approximatæ; infima remota; omnes pedunculatæ: pedunculis ex axilla foliorum floralium egredientibus, & aut totis aut baſi tantum vaginula membranacea amictis.

SQUAMAE acutæ ex fulvo & albo variæ: in ſpica maſculina longiores, & omnes muticæ; in ſpicis femininis breviores, aliquæ dorſo compreſſæ, carinaque ſcabræ, aliæ apice muticæ, aliæ mucrone longo ſcabroque armatæ.

Mari.

FILAMENTA tria, ſquama longiora. Antheræ longæ, apice in mucronem album attenuatæ.

Feminæ.

GERMEN oblongum, glabrum, læve, dorſo convexum, facie planiuſculum, apicem verſus anguſtatum. Stigmata tria, brevia, pubeſcentia.

CAPSULA glabra, lævis, ſubtriquetra, lineis elevatis notata, in roſtrum breve, apice bifidum deſinens. Semen triquetrum.

F. 1. Planta florens. 2. Squama cum ſtaminibus & 3. ſquama cum piſtillo aucta. 4. Planta capſulifera. 5. Capſula aucta. 6. Semen nat. magn. 7. Idem auctum.

CAREX PALLESCENS. Tab. 74.

C. ſpicis femininis ſubcylindricis, fructiferis pendulis, capſulis oblongis obtuſis. *Good. l. cit. p. 186. Sp. pl. p. 1386. Fl. Dan. t. 444. Pollich. palat. tom. 2. p. 584. Willd. in act. 2. p. 27. Leers herb. p. 206. t. 15. f. 4. Hall. hiſt. n. 1398.*

Cyperoides polyſtachyon. *Mich. gen. p. 61. t. 32. f. 13.*

In uliginoſis, paluſtribus, ſylvis. Fl. Aprili.

RADIX lignoſa fuſca, fibris plurimis firmata, perennis.

CULMUS erectus, glaber, triquetrus, ſuperne ad angulos ſcaber, inferne lævis; florifer ſemipedalis circiter; pedalis aut pede altior poſt floreſcentiam.

FOLIA canaliculata, pallide viridia, ad oras carinamque ſcabra; juniora villoſula; adultiora glabra; floralia brevia & pleraque rugoſa. Vaginæ ſtriatæ, breviſſimo villo conſitæ.

SPICA maſcula terminalis, unica, oblonga, triquetra, acuta, erecta. Spicæ femineæ duæ aut tres, ſubcylindricæ, ſæpe uno alterove floſculo mare terminatæ:

ſpica ſuprema, masculæ proxima, ſeſſili, ovata, ſemper erecta; reliquis inferioribus oblongis, pedunculis ſcabris, ſtriatis, baſi vaginula breviſſima, membranacea, acutiuscula veſtitis, inſidentibus; in planta florente erectis; in capſulifera pendulis.

SQUAMAE membranaceæ, dorſo convexiusculæ, ex albo flaveſcentes: in ſpica masculina oblongæ, acutæ, & inter acutas obtuſæ intermixtæ; in ſpica feminina ovatæ, acutæ, magis albidæ.

Mari.

FILAMENTA tria, capillaria, ſquama longiora. Antheræ lineares, apice membranaceo acutæ.

Feminæ.

GERMEN ovatum, ſubcylindricum, glabrum. Stigmata tria, villoſa, parum ultra ſquamæ apicem porrecta.

CAPSULA oblonga, nitida, ſtriata, apice breviſſimo indiviſoque roſtro donata. Semen obovatum, triquetrum.

F. 1. Planta florens. 2. Squama cum ſtaminibus & 3. ſquama cum piſtillo aucta. 4. Culmus capſulifer. 5. Capſula aucta. 6. Semen nat. magn. 7. Idem auctum.

CAREX FIRMA. Tab. 75.

C. ſpica masculina terminali unica, femineis pedunculatis alternis, foliis trifariis firmis. *Hoſt ſyn. p. 509. Schkuhr handb. p. 387. Hall. hiſt. n. 1383.*

Carex rigida. *Schrank Fl. bav. p. 290.*

In alpibus. Fl. Majo, Junio.

RADIX tenuis, fusca, fibris plurimis firmata, denſum foliorum culmorumque cespitem nutriens, perennis.

CULMUS erectus, glaber, ſuperiori parte compreſſus, inferiori ſubteres, circa baſin radices, foliorumque fasciculos protrudens, ſicque radicem ramoſam mentiens; florens uncialis vel biuncialis; fructifer longior.

FOLIA canaliculata, brevia, firma, glabra, trifaria, ſuperne ad oras & carinam ſcabra; primo erecta; dein horizontaliter patentia.

SPICA mascula terminalis, unica, oblonga, ventricoſa, obtuſa. Spicæ femineæ tenues, ſubtriquetræ, duæ ſeu tres, pedunculatæ: pedunculis inferioribus ex vagina folii margine ſcaberrimi egredientibus; ſupremo modo ebracteato, modo bractea ovata, compreſſa, carinata, apice in mucronem breviſſimum, viridem, ad oras ſcabrum deſinente, cincto.

SQUAMAE glabræ, membranaceæ, ex ferrugineo & albo variæ: in ſpica masculina oblongæ, aliæ obtuſæ, aliæ acutiusculæ, ſuperiores aliquot ob apicem compreſſum carinatæ, carinaque ſcabræ; in ſpicis femininis ovatæ, ſuperiores compreſſæ, carinatæ, in acumen ſcabrum deſinentes, inferiores aliquot non compreſſæ & læves, infima bracteiformis ampla, glabra, viridis, margine membranacea, plerumque nullum florem fovens.

Mari.

FILAMENTA tria, ſquama longiora. Antheræ acutiusculæ.

Feminæ.

GERMEN ovatum, facie planum, dorſo convexum, margine ciliatum, apice in roſtrum longum albidumque attenuatum. Stigmata pubeſcentia, tria, raro duo.

CAPSULA oblonga, margine aculeata, dorso convexa, facie subconcava, apice rostro longo, bifido donata. Semen ovatum, triquetrum, stylo coronatum.

F. 1. Planta florens. 2. Squama cum staminibus & 3. squama cum pistillo aucta. 4. Planta capsulifera. 5. Capsula aucta. 6. Semen nat. magn. 7. Idem auctum.

CAREX HORDEIFORMIS. Tab. 76.

C. spicis masculinis subduabus, femineis axillaribus pedunculatis remotis, capsulis oblongis. *Thuillier flor. p. 490. Vill. delph. 2. p. 221.*

In uliginosis, paluſtribus, ad fossas. Fl. Aprili.

RADIX fibrosa, fusca, perennis, plurimos culmos foliorumque fasciculos, basi inter se unitos, densumque cespitem formantes, nutriens.

CULMI subtrigoni, striati, glabri, erecti aut adscendentes; florentes tripollicares vel spithamales; capsuliferi longiores.

FOLIA plus vel minus rigida, canaliculata, superne ad oras carinamque aculeis exasperata, apicem versus triquetra.

SPICA mascula terminalis, modo unica, modo duae, elongatae, basi valde attenuatae; inferior plerumque bractea membranacea, in foliolum scabrum desinente, stipata. Spicae femineae plures, oblongae, triquetrae, obtusae, pedunculatae: pedunculis striatis, glabris, facie planis, dorso convexiusculis, vaginula oblonga, acuta, ad oras ciliata vestitis, & omnibus ex axilla foliorum superiorum egredientibus.

SQUAMAE oblongae, membranaceae, albae: in spica masculina obovatae, superiores approximatae & imbricatae, inferiores remotae, infima longissima, in foliolum acutissimum scabrumque desinens; in spica feminina basi dilatatae, superiori parte in apicem acuminatum, margine scabrum, sensim attenuatae.

Mari.

FILAMENTA tria, squama longiora. Antherae acutae.

Feminae.

GERMEN oblongum, facie planum, dorso convexum, margine membrana alba cinctum, ciliatum. Stigmata tria, villosa.

CAPSULAE oblongae, striatae, facie planae, dorso convexae, margine scabrae, in rostrum longum, apice bifidum desinentes. Semen oblongum, triquetrum, basi attenuatum, apice stylo coronatum.

F. 1. Planta florens. 2. Squama cum staminibus & 3. squama cum pistillo aucta 4. Culmus capsulifer. 5. Capsula aucta. 6. Semen nat. magn. 7. Idem auctum.

CAREX DISTANS. Tab. 77.

C. spicis remotissimis oblongis subsessilibus, capsulis apice bifidis squama longioribus. *Sp. pl. p. 1387. Willd. in act. 2. p. 27. Good. l. cit. p. 178.*

Gramen cyperoides palustre, spicis tribus subrotundis vix aculeatis, spatio distantibus. *Moris. hist. 3. p. 243. sect. 8. t. 12. f. 28.*

In uliginosis, paluſtribus. Fl. Aprili, Majo.

RADIX lignescens, fusca, subrepens, fibris plurimis capillata, perennis.

CULMI striati, triquetri, superiore parte ad angulos scabri; alii erecti; alii adscendentes; alii apice tantum inclinati; florentes spithamales circiter; capsuliferi pede longiores.

FOLIA canaliculata, glabra, acuminata, apicem verſus tam carina quam margine ſcabra.

SPICA maſcula terminalis, unica, oblonga, utraque extremitate attenuata, baſi ſquama lata, obovata, fuſca cincta. Spicæ femineæ oblongæ, acutæ, erectæ, ſubtrigonæ, capſuliferæ remotiſſimæ, duæ vel tres, pedunculis gracilibus, ſcabriuſculis, ima parte vaginula membranacea, oblonga amictis, inſidentes: pedunculo uno alterove inferiore longiori, ex axilla folii floralis exeunte; ſupremo brevi, & bractea oblonga, membranacea, fuſca, lata, culmum amplectente, in foliolum tenue ſcabrumque deſinente, ſtipato.

SQUAMAE purpuraſcentes, margine membranaceo albæ: in ſpica maſculina pleræque oblongæ, apicem verſus ampliatæ; in ſpica feminea ovatæ, aliquæ carinatæ carinaque ſcabræ.

Mari.

FILAMENTA tria, ſquama duplo longiora. Antheræ acutæ, apice pilis binis terminatæ.

Feminæ.

GERMEN ovatum, facie planum, dorſo convexum, margine ciliatum, apice roſtro bifido donatum. Stigmata tria, pubeſcentia.

CAPSULA ovata, glabra, dorſo convexa, facie planiuſcula, in roſtrum bifidum, margine ſcabrum deſinens. Semen obovatum, triquetrum.

F. 1. Planta florens. 2. Squama cum ſtaminibus & 3. ſquama cum piſtillo aucta. 4. Culmus capſulifer. 5. Capſula aucta. 6. Semen nat. magn. 7 Idem auctum.

CAREX PILOSA. Tab. 78.

C. ſpica maſcula terminali unica, femineis linearibus erectis folio florali longioribus, capſulis remotis apice recurvatis, foliis piloſis. *Scop. carn. tom. 2. p. 226. Hall. hiſt. n.* 1379.

Cyperoides latifolium, hirſutum, ſpicis tenuiſſimis. *Scheuchz. agr.* 412.

In ſylvis montanis. Fl. Aprili.

RADIX valde repens, ſquamis oblongis tecta, fibras ramoſiſſimas per intervalla ſpargens, perennis.

CULMI ſtriati, foliorum vaginis tecti, ſubtriquetri, ad angulos pilis brevibus mollibusque inſperſi; alii ſemipedales; alii pedales; multi pede longiores.

FOLIA lata, canaliculata, baſi anguſtata, margine aculeis ſcabra, tam facie, quam dorſo pilis inſperſa; juniora mollia, pallide viridia; adulta dura, ſaturate viridia; culmea breviſſima & erecta; reliqua primo brevia, erecta, dein culmo longiora, deflexa, aut terræ adpreſſa. Vaginæ glabræ. Ligula brevis, obtuſa.

SPICA maſcula terminalis, unica, oblonga, baſi attenuata, ſuperiori parte incraſſata. Spicæ femineæ duæ vel tres, lineares, oblongæ, erectæ, remotæ, ſæpe uno alterove floſculo mare terminatæ, ex axilla foliorum ſuperiorum exeuntes, pedunculis longis, ſtriatis, glabris, ſubtrigonis inſidentes.

SQUAMAE glabræ, læves, ex albo & rufeſcenti variæ: in ſpica maſculina arete imbricatæ, oblongæ, obtuſiuſculæ, & quo apici viciniores, eo anguſtiores; in ſpica feminina ovatæ, acuminatæ, compreſſæ, alternæ, remotæ.

Mari.

FILAMENTA tria, capillaria, ſquama longiora. Antheræ longiſſimæ, acutiuſculæ.

Feminæ.

GERMEN oblongum, glabrum, basi ventricosum, apice valde hians. Stigmata longissima, pubescentia, tria, raro duo.

CAPSULAE ovatæ, glabræ, remotæ, patentes, squamis longiores, apice recurvatæ, rostro bifido donatæ. Semen obovatum, triquetrum.

F. 1. Planta florens. 2. Squama cum staminibus aucta. 3. Pistillum auctum. 4. Planta capsulifera. 5. Capsula aucta. 6. Semen nat. magn. 7. Idem auctum.

CAREX PANICEA. Tab. 79.

C. spicis pedunculatis erectis remotis, capsulis inflatis obtusiusculis subdistantibus. *Sp. pl. p. 1387. Good. l. cit. p. 179. Leers herb. p. 206. t. 15. f. 3. Willd. in act. 2. p. 27.*

Cyperoides foliis caryophyllæis. *Mich. gen. p. 61. t. 32. f. 11.*

In paluſtribus, & aliis humidis locis. Fl. Aprili, Majo.

RADIX repens, albida, squamis fuscis hinc inde tecta, ad foliorum culmorumque exortum fibras plurimas emittens, perennis.

CULMUS erectus aut parum inclinatus, glaber, striatus, subtrigonus, ad angulos lævis; in planta florente quadriuncialis; in fructifera multo altior.

FOLIA canaliculata, glabra, margine & superiori carinæ parte scabra, suprema parte triquetra, dorso glauca, facie pallide viridia.

SPICA mascula terminalis, oblonga, acuta, subclavata, plerumque unica, raro duæ. Spica feminea modo unica, modo duæ, raro tres, singulæ vel geminæ ex axilla foliorum egredientes, omnes triquetræ, oblongæ, acutæ, angustæ, remotæ, sæpe aliquot flosculis masculis terminatæ, insidentes pedunculis hinc planis, illinc convexiusculis, ima parte vaginula candicante, truncata obvolutis.

SQUAMAE glabræ, ex albo & purpurascenti variæ: in spica masculina oblongæ, obtusæ, dorso convexiusculæ; in spica feminina ovatæ, acutæ, compressæ.

Mari.

FILAMENTA tria, squama longiora. Antheræ apice emarginatæ.

Feminæ.

GERMEN oblongum, glabrum. Stigmata tria, pubescentia.

CAPSULA ovata, striata, basi compressa, superiori parte inflata, apice in breve indivisumque rostrum desinens. Semen triquetrum, stylo coronatum.

F. 1. Planta florens. 2. Squama cum staminibus & 3. squama cum pistillo aucta. 4. Culmus capsulifer. 5. Capsula aucta. 6. Semen nat. magn. 7. Idem auctum.

CAREX VARIA. Tab. 80.

C. spica masculina terminali unica, femineis pedunculatis, capsulis oblongis margine aculeatis.

Carex ferruginea. *Host syn. p. 509.*

Carex spadicea. *Schkuhr handb. p. 394.*

Carex fuliginosa. *Ejusd. p. 395.*

Cyperoides angustifolium, alpinum, spica spadicea, tenuiore. *Scheuchz. agr. 413. t. 10.*

In alpinis, ſubalpinis. Fl. Junio.

RADIX fuſca, fibris validis aucta, foliorum emortuorum reliquiis tecta, perennis.

CULMI erecti, triquetri, ad angulos ſcabri; florentes ſpithamales; longiores poſt floreſcentiam.

FOLIA canaliculata, glabra, ad oras & carinam ſcabra, culmo breviora.

SPICA maſcula terminalis, oblonga, obtuſa, florens inclinata, capſulifera erecta, unica aut, raro, duæ. Spicæ femineæ duæ circiter, oblongæ, obtuſæ, remotæ, primo nutantes, dein erectæ, pedunculatæ: pedunculis ima parte vagina la membranacea amictis, & ex axilla folii brevis ſcabrique egredientibus.

SQUAMAE oblongæ, glabræ, læves, ſaturate purpureæ vel atræ, aut ex fuſco & viridi variæ, omnes ſuperiori parte margine albo cinctæ: in ſpica maſculina plerumque obovatæ; in ſpicis femineis lanceolatæ, in alpium frigidis, humidisque locis in longum acumen porrectæ.

Mari.

FILAMENTA tria, ſquamam longitudine æquantia. Antheræ obtuſæ.

Feminæ.

GERMEN oblongum, facie planum, dorſo convexiuſculum, margine ciliatum. Stigmata tria, erecta, pubeſcentia.

CAPSULA oblonga, modo atra, modo ex fuſco & viridi varia, ſuperne ad oras aculeis breviſſimis ſcabra, in roſtrum longum, bifidum, apice album attenuata. Semen trigonum, ſtylo coronatum, apice obtuſum, baſi attenuatum.

Variat valde foliorum longitudine & latitudine, ſpicarumque craſſitie: in ſiccis ſpicæ femineæ graciles ſunt, conſtantque ſquamis laxe diſpoſitis; ad rivulos alpinos, & in aliis humidis locis folia latiora, ſpicæ obeſiores ſunt; ſic quoque in diverſis locis ſquamarum capſularumque color varius eſt.

F. 1. Planta florens. 2. Squama cum ſtaminibus & 3. ſquama cum piſtillo aucta. 4. Planta capſulifera. 5. Capſula aucta. 6. Semen nat. magn. 7. Idem auctum.

CAREX FERRUGINEA. Tab. 81.

C. ſpica maſcula terminali unica, femineis pedunculatis linearibus, ſquamis lanceolatis mucronatis apice ciliatis. *Scop. carn. tom. 2. p. 225. Schkuhr handb. p. 596.*

In Carnioliæ montanis, ſubalpinis, alpinis. Fl. Majo, Junio.

RADIX repens, teres, gracilis, ſquamis fuſcis tecta, per intervalla fibris plurimis aucta, perennis.

CULMI graciles, triquetri, ſtriati, glabri, ſuperiori parte ad angulos ſcabri, erecti, apice inclinati; florentes ſpithamales; longiores poſt floreſcentiam.

FOLIA anguſta, canaliculata, erecta, facie ſcabra. Vaginæ inferiores purpuraſcentes, læves; reliquæ pallide virides & ſcabræ. Ligula breviſſima, obtuſa.

SPICA maſcula terminalis, unica, longa, ſubcylindrica, apicem verſus ſenſim incraſſata. Spicæ femineæ duæ vel tres, tenues, ſubtriquetræ, pedunculis, ex axilla foliorum tenuiſſimorum orientibus & baſi vaginula membranacea veſtitis, inſidentes; ſpica ſuprema erecta; reliquæ florentes erectiuſculæ, dein nutantes aut pendulæ.

SQUAMAE lanceolatæ, apice ciliatæ; juniores ex fuſco purpuraſcentes; adultiores ferrugineæ: in ſpica maſculina longiores, anguſtiores, brevius mucronatæ; in ſpica feminea breviores, latiores longiorique mucrone armatæ.

Mori.

FILAMENTA tria, capillaria. Antheræ longæ, obtufiusculæ.

Feminæ.

GERMEN ovatum, villofum, breviter roftratum. Stigmata tria, villofa.

CAPSULA triquetra, bafi attenuata, brevi bifidoque roftro donata, lineis eminentibus diftincta, margine aculeis exasperata, fuperiore parte pilis fuscis, deciduis infperfa. Semen triquetrum.

F. 1. Planta florens. 2. Squama cum ftaminibus & 3. fquama cum piftillo aucta. 4. Planta capfulifera. 5. Capfula aucta. 6. Semen nat. magn. 7. Idem auctum.

CAREX TOMENTOSA. Tab. 82.

C. fpicis femineis fubpedunculatis, capfulis fubglobofis tomentofis. *Syft. veget. p. 844. Leers herb. p. 203. t. 15. f. 7. Willd. in act. 2. p. 24. Schkuhr handb. p. 373. Schreb. fpicil. p. 65. Hoffm. germ. p. 329.*

In pratis humidis, montanis, demiffis. ♃. Majo, Junio.

RADIX repens, ramofa, fquamis oblongis, acutis, fuscis, ftriatis tecta, fibris copiofis firmata, perennis.

CULMI erecti, triquetri, ftriati, ad angulos fcabri; in planta florente triunciales aut fpithamales; in capfulifera multo longiores.

FOLIA erecta, rigida, canaliculata, margine & carina fcabra, dorfo glaucefcentia, facie faturate viridia.

SPICA mascula terminalis, unica, oblonga, fubtrigona, bafi attenuata. Spicæ femineæ plerumque duæ, oblongæ, cylindricæ; in aliis culmis approximatæ; in aliis remotæ; omnes infidentes pedunculis, ex axilla foliorum breviffimorum, vagina deftitutorum, exeuntibus, & ima parte vaginula breviffima, obtufa, fæpe apice villofa obvolutis.

SQUAMAE acutiusculæ, glabræ; in aliis individuis faturate; in aliis dilute purpureæ; in aliis albidæ & tantum ad apicem lævi purpura fuffufæ: in fpica masculina oblongæ, ima parte anguftatæ, fuperiore ampliatæ; in fpica feminina parvæ, ovatæ, inferiores minores & obtufiores, fuperiores majores acutioresque.

Mari.

FILAMENTA tria, capillaria, fquama longiora. Antheræ acutiusculæ.

Feminæ.

GERMEN ovatum, pubefcens. Stigmata tria, villofula, parum ultra fquamæ apicem porrecta.

CAPSULA fubglobofa, denfo villo confita, apice obtufo hians. Semen triquetrum, ftylo perfiftente coronatum.

F. 1. Planta florens. 2. Squama cum ftaminibus & 3. fquama cum piftillo aucta. 4. Planta capfulifera. 5. Capfula aucta. 6. Semen nat. magn. 7. Idem auctum.

CAREX NUTANS. Tab. 83.

C. fpica mascula fubunica, fpicis femineis duabus remotis, capfulis ovatis, culmo florifero nutante.

In umbrofis *zu Bruck an der Leitha* ad latera viæ, *Kayferweg* dictæ, quæ ex horto Ill^mi Domini Comitis Johannis *Harrach* ad viam regiam ducit. Fl. Aprili, Majo.

RADIX teres, valde repens, fusca, fibris plurimis firmata, junior squamis fuscis & imbricatis tecta, perennis.

CULMUS striatus, triquetrus, scaber, apicem versus attenuatus; florens pedalis circiter ac apice nutans; capsulifer longior & aut erectus vel parum incurvatus.

FOLIA canaliculata, glabra, culmo longiora, apicem versus triquetra, margine carinaque scabra, dorso pallide viridia, facie minutissime crispata; floralia vagina destituta, & basi culmum amplectentia.

SPICA mascula in aliis culmis unica, in aliis duæ: spica terminali longissima, clavata, acuta, ebracteata; spica inferiore breviore, angustiore, cylindrica, sessili, bractea brevi, membranacea, ovata, dorso viridi, apice in foliolum tenue, scabrum desinente, stipata. Spicæ femineæ plerumque duæ, remotæ, oblongæ, tenues, triquetræ, acutæ, erectæ, pedunculatæ: pedunculis circa basin vaginula brevi, obtusa, membranacea, pallida vel apice fuscescente, cinctis.

SQUAMAE saturate purpureæ, superiori parte ciliatæ: in spica masculina ovato-lanceolatæ, dorso convexiusculæ; in spica feminina ovatæ, & inferiores dorso compressæ, acuminatæ, superiores cuspidatæ, dorso convexiusculæ.

Mari.

FILAMENTA tria, squama breviora. Antheræ acutæ.

Feminæ.

GERMEN ovatum, glabrum. Stigmata tria, villosa, squama breviora.

CAPSULA ovata, striata, inflata, apice bifida. Semen ovatum, triquetrum, stylo coronatum.

F. 1. Planta florens. 2. Squama cum staminibus & 3. squama cum pistillo aucta. 4. Culmi capsuliferi superior pars. 5. Capsula aucta. 6. Semen nat. magn. 7. Idem auctum.

CAREX SYLVATICA. Tab. 84.

C. spica mascula terminali unica, femineis pedunculatis: inferioribus pendulis pedunculo brevioribus, capsulis remotis, rostro bifido. *Schreb. spicil. p. 62. Huds. angl. ed. 2. 411. Fl. Dan. t. 404. Good. l. c. p. 155. Hall. hist. n. 1395.*

Carex capillaris. *Leers herb. p. 205. t. 15. f. 2.*

Carex patula. *Scop. carn. tom. 2. p. 226. t. 59. Pollich. palat. tom. 2. p. 797.*

Cyperoides sylvarum, tenuius spicatum. *Tourn. inst. 530. Scheuchz. agr. 418.*

In humidis sylvaticis. Fl. Majo.

RADIX crassa, ramosa, fusca, fibris copiosis firmata, perennis.

CULMI subtriquetri, ad angulos læves; floriferi erecti, semipedales circiter; capsuliferi sesquipedales, sæpe duobus pedibus longiores, apicem versus inclinati, quandoque toti arcuati.

FOLIA canaliculata, glabra, ad oras & superiorem carinæ partem aspera. Vaginæ glabræ, læves.

SPICA mascula terminalis, unica, oblonga, erecta, tenuis. Spicæ femineæ plures, elongatæ, primo erectæ, dein pendulæ, insidentes pedunculis filiformibus, scabris, circa basin vaginula acuta vestitis, & ex axilla foliorum superiorum orientibus: inferioribus duobus longissimis; reliquis, spicæ masculæ vicinis, brevibus.

SQUAMAE oblongæ membranaceæ, albæ vel apicem versus flavescentes, ima parte angustiores: in spica masculina læves, dorso convexiusculæ, inferiores acutæ,

ſuperiores obtuſiuſculæ; in ſpicis femininis omnes acutæ, compreſſæ, carina ſcabræ, inferiores remotæ, reliquæ approximatæ.

Mari.

FILAMENTA tria, capillaria, ſquama breviora. Antheræ acutæ.

Feminæ.

GERMEN oblongum, glabrum, facie planum, dorſo convexum, apice longe roſtratum. Stigmata tria, brevia, pubeſcentia.

CAPSULAE ovatæ, ſubtrigonæ, roſtro longo bifidoque terminatæ. Semen triquetrum.

F. 1. Planta florens. 2. Squama cum ſtaminibus aucta. 3. Piſtillum auctum. 4. Culmi capſuliferi ſuperior pars. 5. Capſula aucta. 6. Semen nat. magn. 7. Idem auctum.

CAREX PSEUDO-CYPERUS. Tab. 85.

C. ſpicis femineis florentibus erectis, fructiferis pendulis, capſulis longe roſtratis ſubdivaricatis. *Sp. pl. p. 1387. Pollich. palat. tom. 2. p. 588. Good. l. cit. p. 188. Willd. in act. 2. p. 26. Hall. hiſt. n. 1397.*

Pseudo-Cyperus. *Ger. em. 29.*

Gramen cyperoides ſpica pendula, breviori. *Moris. hiſt. 3. p. 242. ſect. 8. t. 12. f. 5.*

In aquoſis, paluſtribus Auſtriæ, Pannoniæ. Fl. Aprili, Majo.

RADIX a fibris longiſſimis validisque compoſita, perennis.

CULMUS erectus, ſtriatus, triquetrus, ad angulos ſcaber; florens pedalis; capſulifer ſesquipedalis aut longior.

FOLIA lata, canaliculata, e flaveſcenti viridia, ad oras carinamque ſcabra, facie aſpera & rugulis minutiſſimis conſita.

SPICA maſcula terminalis, unica, oblonga, ſubtrigona, nutans, non procul a baſi foliolo anguſtiſſimo atque ſcabro ſtipata; in aliquibus culmis floſculis aliquot femineis terminata. Spicæ femineæ tres aut quatuor, ſæpe plures, ſæpe pauciores, oblongæ, acutæ, inſidentes pedunculis flexuoſis, ſcabris triquetris, ex axilla foliorum anguſtiſſimorum egredientibus, baſi vaginula brevi, acutiuſcula, apice ſerrulata amictis; florentes erectæ; fructiferæ pendulæ.

SQUAMAE lanceolatæ, cuſpidatæ, albidæ, ſuperiori parte ad oras aculeis exaſperatæ: in ſpica maſculina longiores ac inferne latiores; in feminina breviores anguſtioresque.

Mari.

FILAMENTA tria, ſquamam longitudine æquantia. Antheræ lineares, breves, acutæ.

Feminæ.

GERMEN ſubcylindricum, glabrum. Stigmata tria, glabra.

CAPSULAE oblongæ, ſtriatæ, in roſtrum tenue, bifidum porrectæ, baſi attenuatæ. Semen ovatum, triquetrum, ſtylo longo coronatum.

F. 1. Planta florens. 2. Squama cum ſtaminibus & 3. ſquama cum piſtillo aucta. 4. Culmus capſulifer. 5. Capſula aucta. 6. Semen nat. magn. 7. Idem auctum.

CAREX FILIFORMIS. Tab. 86.

C. ſpicis maſculis duabus unicave, femineis duabus diſtantibus ſubtrigonis ob-

longis, squamis apice ciliatis, capsulis hirtis. *Sp. pl. p. 1385. Willd. in act. 2 p. 28. Good l. cit. p. 172. t. 20. f. 5.*

In aquis stagnantibus, turfosis Austriæ, Bohemiæ, Pannoniæ. Fl. Aprili, Majo.

RADIX crassa, teres, lignescens, squamis fuscis, oblongis, acuminatis, ut culmorum foliorumque basis, tecta, fibris plurimis, inter ■ intricatis, barbata, valde repens, perennis.

CULMUS erectus, striatus, glaber, gracilis, apice incurvatus, suprema tantum parte nudus, triquetrus atque ad angulos scaber, reliqua parte teres & foliorum vaginis vestitus; florens bi-aut tripedalis; longior post florescentiam.

FOLIA longissima, molliuscula, erecta, striata, glabra, facie canaliculata & albida; inferiori dorsi parte convexa, præcipue exteriora; superiori parte carinata, & carina margineque aculeis exasperata, apicem versus in cuspidem longissimam, extremitate sua compressam, attenuata. Ligula brevissima, obtusa, bifida, glabra.

SPICA mascula cylindrica, acuminata, apice triquetra, horizontalis aut pendula; in aliis culmis unica; in aliis duæ: spica terminali longissima; altera inferiore breviore, sessili, basi bractea oblonga, dorso viridi, margine fusco membranacea, apice in foliolum scabrum desinente, stipata. Spicæ femineæ duæ, erectæ, acuminatæ, semper oblongæ, subtrigonæ, lateribus convexæ, pedunculatæ: pedunculis glabris, lævibus, ex axilla folii brevissimi prodeuntibus, & basi squama oblonga, obtusa, ex fusco, purpureo & viridi varia, apice ciliata, amictis.

SQUAMAE oblongæ, apice ciliatæ, basi angustatæ: in spica masculina longiores, saturate purpureæ, supremæ tantum dorso compressæ & carina scabræ, apice in mucronem longum, scabrum attenuatæ, reliquæ muticæ, dorso convexæ & læves; in spicis femininis breviores, pallidiores, omnes mucronatæ carinaque scabræ.

Mari.

FILAMENTA tria. Antheræ oblongæ, acutæ.

Feminæ.

GERMEN oblongum, villosum, apice bifidum, dorso convexum, facie planum. Stigmata tria, villosa, erecta.

CAPSULA ovata, hirta, facie plana, dorso convexa, in rostrum bifidum, breve attenuata. Semen triquetrum.

F. 1. Planta florens. 2. Squama cum staminibus & 3. squama cum pistillo aucta. 4. Pars superior culmi capsuliferi. 5. Capsula aucta. 6. Semen nat. magn. 7. Idem auctum.

CAREX PARVIFLORA. Tab. 87.

C. spicis pluribus erectis approximatis, inferioribus femineis, terminali androgyna, capsulis trigonis margine aculeatis.

In alpium Judenburgensium præcipitiis. Fl. Junio.

RADIX subrepens, squamis fuscis tecta, plures culmos foliorumque fasciculos emittens, perennis.

CULMUS strictus, glaber, tantum ad spicarum exortum angulis scabriusculus; florens triuncialis circiter; fructifer altior.

FOLIA erecta, canaliculata, glabra, læte viridia, superiori tantum parte ad oras carinamque aspera.

SPICAE erectæ, fubtriquetræ, parvæ, acutæ, a tribus ad fex; inferior una alterave pedunculo, e vagina folii floralis breviffima exeunti, bafique vaginula propria, oblonga, acuta, atropurpurea veftito, infidens; reliquæ feffiles bafique fquama atropurpurea, dorfo viridi ftipatæ; omnes multifloræ: flofculis in fpica terminali inferioribus mafculis; fuperioribus femineis; in reliquis fpicis omnibus femineis.

SQUAMAE ovatæ, acutæ, latæ, atropurpureæ, apice breviffime ciliatæ; aliquæ tantum, fpicarum angulos conftituentes, carina fcabræ.

Mari.

STAMINA tria, parva. Filamenta fquamis parum longiora. Antheræ obtufiusculæ.

Feminæ.

PISTILLUM minimum. Germen ovatum, viride, dorfo convexiusculum, facie planum, margine ciliatum, apice purpura tinctum. Stigmata tria, erecta, villofa.

CAPSULA oblonga, acuta, trigona, margine aculeata. Semen triquetrum.

F. 1. Planta florens. 2. Squama cum ftaminibus & 3. fquama cum piftillo aucta. 4. Culmus capfulifer. 5. Capfula aucta. 6. Semen nat. magn. 7. Idem auctum.

CAREX ATRATA. Tab. 88.

C. fpicis pluribus erectis pendulisve, fuperioribus androgynis, capfulis ovatis compreffis lævibus. *Sp. pl. p. 1386. Fl. Dan. t. 158. Scop. carn. tom. 2. p. 222. Good l. cit. p. 189. Schkuhr handb. p. 356. Hall. hift. n. 1369.*

Cyperoides alpinum, pulchrum, foliis caryophyllæis, fpicis atris & tumentibus. *Scheuchz. agr. 481. t. 11. f. 1. 2.*

In alpinis. Fl. Majo, Junio.

RADIX teres, lignefcens, repens, fibris capillata, paucos culmos foliorumque fasciculos promens, perennis.

CULMUS ftriatus, glaber, triquetrus, fuperiori parte ad angulos fcaber, erectus & plerumque apice incurvatus; in aliis locis dodrantalis; pede longior in aliis.

SPICAE oblongæ vel ovatæ, ventricofæ, multifloræ: flofculis in fpica una alterave terminali inferioribus mafculis; fuperioribus femineis; in reliquis omnibus femineis; aliæ erectæ; aliæ inclinatæ; aliquæ pendulæ; omnes infidentes pedunculis longitudine inæqualibus, bafi vaginula nigricante veftitis, infimisque ex axilla folii brevis orientibus, cæteris vero fquama oblonga circa bafin ftipatis

SQUAMAE oblongæ, acutæ vel obtufæ, glabræ, faturate purpureæ; aliquæ tantum apicem verfus carinatæ, & carina aculeis exasperatæ.

Mari.

FILAMENTA primo fquama breviora, dein longiora, tria, raro duo. Antheræ longæ, obtufiusculæ.

Feminæ.

GERMEN obovatum, compreffum, glabrum. Stigmata tria, brevia, pubefcentia.

CAPSULA ovata, compreffa, glabra, roftro breviffimo & parum fiffo terminata, ftylo perfiftente coronata. Semen triquetrum, bafi anguftatum.

F. 1. Planta florens. 2. Squama cum ftaminibus & 3. fquama cum piftillo aucta, 4. Planta capfulifera. 5. Capfula aucta. 6. Semen nat. magn. 7. Idem auctum.

CAREX LIMOSA. Tab. 89.

C. ſpica maſcula unica, femineis ſubcylindricis pendulis, ſquamis mucronatis, capſulis ovatis compreſſis. *Sp. pl. p. 1386. Fl. Dan. t. 646. Pollich. palat. tom. 2. p. 585. Good l. cit. p. 187. Willd. in act. 2. p. 26.*

Cyperoides ſpica pendula, breviore, ſquamis e ſpadiceo, vel fuſco rutilante viridibus. *Scheuchz. agr. 443. t. 10. f. 13.*

In Moravia auf dem *Altſtädter-Schneeberge.* Cl. Henricus *Schott;* ego in alpium judenburgenſium udis. Fl. Majo, Junio.

RADIX teres, articulata, ſquamis oblongis, fuſcis tecta, valde repens, ad culmorum originem fibris plurimis firmata, perennis.

CULMUS erectus, ſtriatus, triquetrus, ad angulos ſcaberrimus, apice incurvatus; florens ſemipedalis circiter; capſulifer longior.

FOLIA anguſta, canaliculata, ad oras & carinam aspera, in longiſſimam & triquetram cuspidem attenuata; primo glauca; dein pallide viridia.

SPICA maſcula terminalis, unica, erectiuscula, oblonga, ſubcylindrica; in aliquibus culmis circa baſin ſloſculis aliquot femineis aucta. Spicæ femineæ ſubcylindricæ, acutæ, pendulæ, maſcula breviores, inſidentes pedunculis longis, ſcabriuſculis, gracilibus, ex axilla folii floralis anguſtiſſimi, ſcaberrimi orientibus, & baſi vaginula membranacea obvolutis; in aliis culmis duæ; in aliquibus unica.

SQUAMAE ovatæ, latæ, baſi albicantes, reliqua parte ex ruſo ferrugineæ, apice brevi mucrone armatæ: in ſpica maſculina breviores, anguſtiores, ſquama infima carinata longioreque mucrone armata; in ſpicis femineis longiores, ampliores, & ſuperiores omnes apicem verſus compreſſæ, carinaque breviſſimis aculeis exasperatæ.

Mari.

FILAMENTA tria, capillaria, ſquama longiora. Antheræ longæ acutiusculæ.

Feminæ.

GERMEN ovatum, acutum, glabrum, dorſo convexiusculum, facie planum. Stigmata tria, villoſa.

CAPSULA ſubcompreſſa, ovata, lineata, ſquama ſua longior. Semen triquetrum.

F. 1. Planta florens. 2. Squama cum ſtaminibus & 3. ſquama cum piſtillo aucta. 4. Planta capſulifera. 5. Capſula aucta. 6. Semen nat. magn. 7. Idem auctum.

CAREX FLACCA. Tab. 90.

C. ſpicis maſculis duabus rectis, femineis pedunculatis pendulis, capſulis ſubrotundo-ovatis punctis exasperatis. *Retz ſcand. p. 222. Schreb. ſpicil. app. 669. Hall. hiſt. n. 1408.*

Carex glauca. *Scop. carn. tom. 2. p. 223. Pollich. palat. tom. 2. p. 594.*

Carex limoſa. *Leers herb. p. 204. t. 15.*

Carex recurva. *Good. l. cit. p. 184. Willd. in act. 2. p. 28.*

Cyperoides paluſtre, ſpicis purpureo-ſpadiceis, tenuibus pediculis inſidentibus. *Scheuchz. agr. 467.*

In paluſtribus, uliginoſis, ſylvaticis. Fl. Aprili, Majo.

RADIX repens, ſquamis oblongis tecta, fibris firmata, perennis.

CULMUS erectus, triquetrus, ad angulos ſcaber, apice inclinatus; florifer ſemipedalis circiter; fructiger pedalis aut pede longior.

FOLIA canaliculata, glabra, margine atque carina aspera, dorſo glauca, facie pallide viridia.

SPICAE masculæ duæ vel tres, oblongæ, acutæ, ſubcylindricæ; ſuprema longiſſima; reliquæ breviores, ex axilla bracteæ oblongæ aphyllæ, vel in tenuiſſimum foliolum deſinentis, prodeuntes, pedunculisque brevibus, vaginula brevi veſtitis, inſidentes. Spicæ femineæ longæ, tenues, baſin verſus magis attenuatæ, apice floribus masculis terminatæ, pedunculis compreſſis, circa baſin vaginula breviſſima, purpuraſcente amictis, prius rectis, dein pendulis, inſidentes.

SQUAMAE glabræ, læves, ſaturate purpureæ: in ſpicis masculinis obovato-oblongæ, inferiores ampliores, ſuperiores anguſtiores & minores; in ſpica feminina ovatæ, acutæ, plures mucrone brevi terminatæ.

Mari.

FILAMENTA tria. Antheræ longæ, obtuſæ.

Feminæ.

GERMEN ovatum, facie planum, dorſo convexum, margine ciliatum. Stigmata tria, pubeſcentia.

CAPSULA ovata, ventricoſa, punctis elevatis inſperſa, ex purpureo, rutilante & fusco varia, margine aculeis ſcabra. Semen obovatum, triquetrum.

F. 1. Planta florens. 2. Squama cum ſtaminibus & 3. ſquama cum piſtillo aucta. 4. Planta capſulifera. 5. Capſula aucta. 6. Semen nat. magn. 7. Idem auctum.

CAREX CESPITOSA. Tab. 91.

C. ſpicis ſubſeſſilibus erectis: masculis duabus tribusve; femineis remotiuſculis, ſtigmatibus binis, ſquamis capſula baſi plicata brevioribus. *Willd. in act. 2. p. 25. Good. l. cit. p. 195. t. 21. f. 8. Sp. pl. p. 1388. Schkuhr handb. p. 361.*

In humidis alpinis, ſubalpinis. Fl. Majo, Junio.

RADIX teres, repens, per intervalla denſum foliorum culmorumque cespitem emittens, perennis.

CULMUS erectus, glaber, triquetrus, ſuperne ad angulos ſcabriuſculus; florens ſemipedalis circiter; capſulifer altior.

FOLIA canaliculata, glabra, ad oras carinamque ſcabra; floralia plerumque circa baſin crispata.

SPICAE masculæ oblongæ, cylindricæ, obtuſæ, ab unica ad tres: ſpica terminali longiſſima. Spicæ femineæ cylindricæ, oblongæ, duæ vel tres, raro quatuor; ſummæ ſeſſiles, & paucis floſculis masculis terminatæ; inferiores pedunculo brevi, vaginula rugoſa, ex fusco & purpureo varia veſtito, inſidentes.

SQUAMAE ovatæ, glabræ, ſuperiori parte ſaturate purpureæ, inferiores acutæ, ſuperiores obtuſæ; in ſpica masculina majores quam in ſpicis femininis.

Mari.

FILAMENTA tria, ſquama breviora. Antheræ longæ, acutiuſculæ.

Feminæ.

GERMEN ovatum, compreſſum, glabrum, læve. Stigmata duo, erecta, villoſa.

CAPSULAE ovatæ, acutæ, erectæ, glabræ, læves, molles, basi plicatæ, apice indivisæ, sexfariam imbricatæ, squama longiores. Semen pedicellatum, subtriquetrum, apice truncatum.

F. 1. Planta florens. 2. Squama cum staminibus & 3. squama cum pistillo aucta. 4. Superior pars culmi capsuliferi. 5. Capsula aucta. 6. Semen nat. magn. 7. Idem auctum.

CAREX PALUDOSA. Tab. 92.

C. spicis pluribus: femineis cylindricis erectis, stigmatibus tribus, capsulis striatis apice bifidis. *Good. l. cit. p. 202. Willd. in act. 2. p. 29.*

Carex acuta. *Curtis Lond. Sibthorp oxon. p. 32.*

Ad fluvios, fossas, in aquis stagnantibus. Fl. Majo.

RADIX valde repens, teres, squamis oblongis, fuscis tecta, præcipue ad culmorum exortum fibris plurimis capillata, perennis.

CULMI erecti, glabri, triquetri, ad angulos scabri; in planta florente sesquipedales vel bipedales; in capsulifera multo altiores.

FOLIA canaliculata, ad oras & carinam aspera, facie læte viridia, dorso glaucescentia; culmea inferiora vaginata, superiora vagina destituta.

SPICAE masculinæ duæ aut tres, subtrigonæ, acutæ, basi stipatæ bractea oblonga, lata, fusca, dorso linea viridi notata, modo aphylla, modo in breve, tenue scabrumque foliolum desinente: spicæ inferiores breviores; terminalis longissima. Spicæ femineæ plures, erectæ, longæ, acutæ, subcylindricæ, basi attenuatæ, una alterave superior flosculis aliquot masculis terminata: suprema subsessilis, ex axilla bracteæ fuscæ egrediens; reliquæ pedunculis, ex axilla foliorum prodeuntibus, & basi vaginula brevissima, albida, apice fuscescente vestitis, insidentes.

SQUAMAE glabræ, læves, saturate purpureæ: in spicis masculinis oblongæ, basi angustatæ, inferiores obtusæ, supremæ acutæ; in spicis femineis ovatæ, acuminatæ, in inferioribus spicis longiores & pallidiores.

Mari.

FILAMENTA tria, squama longiora. Antheræ oblongæ, obtusiusculæ.

Feminæ.

GERMEN oblongum, glabrum. Stigmata tria, pubescentia.

CAPSULA ovata, striata, glabra, lævis, in rostrum breve bifidumque attenuata. Semen obovatum, triquetrum.

F. 1. Planta florens. 2. Squama cum staminibus & 3. squama cum pistillo aucta. 4. Superior pars culmi capsuliferi. 5. Capsula aucta. 6. Semen nat. magn. 7. Idem auctum.

CAREX CRASSA. Tab. 93.

C. spicis masculis pluribus, femineis pedunculatis, squamis femineis acuminatis, stigmatibus tribus, capsulis subinflatis apice bifidis. *Retz. scand. p. 223. Ehrh. Beytr. tom. 4. p. 43.*

Carex riparia. *Good. l. cit. p. 200. Curtis lond. Sibthorp oxon. p. 312. Willd. in act. 2. p. 29.*

Cyperoides aquaticum, maximum. *Mich. gen. p. 57. t. 32. f. 6. 7.*

In paluſtribus, foſſis, inundatis, ad fluviorum lacuumque ripas. Fl. Aprili.

RADIX valde repens, teres, craſſa, ramoſa, perennis.

CULMUS erectus, glaber, triquetrus, ad angulos aculeis exasperatus; florifer pedalis vel ſesquipedalis; capſulifer multo altior.

FOLIA lata, canaliculata, dorſo margineque ſcabra. Vaginæ ſacie albæ, membranaceæ: membrana in fila fatiscente.

SPICAE masculæ plures, oblongæ, craſſæ, obtuſæ, ſubcylindricæ: ſpica terminali longiſſima; reliquis brevioribus; infima ex axilla folii anguſtiſſimi prodeunte; reliquis intermediis bractea membranacea, dorſo viridi, apice foliolo tenui terminata aut aphylla, ſtipatis. Spicæ femineæ in aliis culmis tres, plures in aliis, ſubcylindricæ, inſidentes pedunculis triquetris, ima parte vaginula membranacea, ex albo & purpuraſcenti varia, apice truncata veſtitis; ſuperiores magis craſſæ, erectæ, & ſæpe flores masculos in apice gerentes; inferior una alterave primo erecta, dein ob pedunculum elongatum inclinata vel pendula, atque baſin verſus ob floſculos magis remotos attenuata.

SQUAMAE glabræ, læves: in ſpica masculina oblongæ, acutæ, ex fusco purpuraſcentes, tam baſi quam apice attenuatæ; in ſpica feminina ovatæ, acuminatæ, ex purpuraſcenti & albo variæ, linea viridi, per dorſi medium longitudinaliter decurrente, notatæ.

Mari.

FILAMENTA tria, ſquama breviora. Antheræ oblongæ, apice albæ & acutæ.

Feminæ.

GERMEN ovatum, glabrum, facie planum, dorſo convexum. Stigmata tria, pubeſcentia.

CAPSULAE inflatæ, ſtriatæ, glabræ, læves, fuscæ, in roſtrum breve bifidumque deſinentes. Semen triquetrum, baſi pedicellatum, apice brevi acumine donatum.

F. 1. Planta florens. 2. Squama cum ſtaminibus & 3. ſquama cum piſtillo aucta. 4. Pars ſuperior culmi capſuliferi. 5. Capſula aucta. 6. Semen nat. magn. 7. Idem auctum.

CAREX STRICTA. Tab. 94.

C. ſpicis ſubſeſſilibus cylindricis acutis: masculis ſubduabus, foliis junioribus ſtrictis, ſtigmatibus duobus, capſulis ovatis plicatis. *Good. l. cit. p. 196. t. 21. f. 9. Schkuhr handb. p. 364.*

In paluſtribus. Fl. Aprili.

RADIX ligneſcens, fusca, ſtolonibus reptans, fibris plurimis firmata, plures culmos foliorumque faſciculos, in denſum cespitem collectos, nutriens, perennis.

CULMUS ſtriatus, glaber, triquetrus, ad angulos ſcaber, erectus aut apice tantum parum incurvatus; florifer pedalis; capſulifer bipedalis & altior.

FOLIA trifaria, canaliculata, margine carinaque ſcabra, apicem verſus valde attenuata triquetraque; juniora brevia, ſtricta; adultiora valde elongata & deflexa. Vaginæ infimæ ſquamiformes, acuminatæ, pungentes, reliquæ facie membranaceæ atque in fila candida fatiſcentes.

SPICAE masculinæ duæ, raro tres, cylindricæ: ſpica terminali longiſſima; reliquis duplo brevioribus, ſubſeſſilibus. Spicæ femineæ duæ vel tres, longæ, erectæ, acutæ, hinc planæ, inde convexæ, ſuperiores floſculis masculis terminatæ,

omnes pedunculatæ: pedunculis circa basin vaginula membranacea, obtusa, vestitis; pedunculo infimo longo; reliquis brevissimis.

SQUAMAE oblongæ, glabræ, læves, purpureæ; tantum aliquæ, inferiorem spicæ partem occupantes, dorso compressæ; reliquæ omnes convexiusculæ: in spica masculina longiores, obtusiores; in spicis femininis breviores acutioresque.

Mari.

FILAMENTA tria, squama longiora. Antheræ longæ, obtusiusculæ.

Feminæ.

GERMEN ovatum, glaberrimum. Stigmata duo, longa, erecta, pubescentia.

CAPSULAE compressæ, latæ, ovatæ, glabræ, plicatæ, in rostrum brevissimum & indivisum desinentes. Semen obtusum, trigonum.

F. 1. Planta florens. 2. Squama cum staminibus & 3. squama cum pistillo aucta. 4. Pars culmi capsuliferi. 5. Capsula aucta. 6. Semen nat. magn. 7. Idem auctum.

CAREX ACUTA. Tab. 95.

C. spicis masculis pluribus, femineis inferioribus subnutantibus, stigmatibus duobus, capsulis indivisis acutiusculis. *Willd. in act. 2. p. 28. Good. l. cit. p. 203.*

Carex gracilis. *Curtis lond. Sibthorp oxon. p. 32.*

In palustribus, ad fluvios, fossas. Fl. Aprili, Majo.

RADIX stolonibus repens, fibris plurimis aucta, perennis.

CULMUS triquetrus, ad angulos aculeis exasperatus, modo erectus totus, modo apice tantum inclinatus; in humidis sesquipedalis vel bipedalis; in aquosis multo longior.

FOLIA canaliculata, striata, ad oras atque carinam scabra, primo glaucescentia, dein læte viridia; inferiora vaginata, longissima; floralia brevia, vagina destituta, basi inæquali culmum amplectentia, uno alterove latere parum crispata. Vaginæ glabræ, læves.

SPICAE masculæ longæ, trigonæ, acutæ, plerumque inclinatæ, duæ vel tres, raro unica. Spicæ femineæ tres vel quatuor, in aliquibus culmis plures, cylindricæ, longæ; superiores erectæ & flosculis aliquot masculis terminatæ; inferiores nutantes & ima parte, ob flosculos remotos, attenuatæ; omnes pedunculatæ: pedunculis inæqualibus, circa imam dorsi basin tantum bractea brevi stipatis.

SQUAMAE oblongæ, saturate purpureæ, lineolis candidis, ad lentem visibilibus, & per totam superficiem sparsis, variegatæ: in spicis masculinis longiores, acutiusculæ; in spicis femininis breviores & obtusæ.

Mari.

FILAMENTA tria, squama longiora. Antheræ longæ, obtusiusculæ.

Feminæ.

GERMEN ovatum, glabrum, pallide viride, facie planum, dorso convexiusculum. Stigmata duo, capillaria, pubescentia.

CAPSULAE ovatæ, subtrigonæ, glabræ, læves, rostro brevi indivisoque donatæ, basi pedicellatæ. Semen obovatum, triquetrum.

F. 1. Planta florens. 2. Squama cum staminibus & 3. squama cum pistillo aucta. 4. Pars superior culmi capsuliferi. 5. Capsula aucta. 6. Semen nat. magn. 7. Idem auctum.

CAREX HIRTA. Tab. 96.

C. piloſa, ſpicis oblongis, femineis remotis, capſulis hirtis. *Good. l. cit. p. 208. Willd. in act. 2. p. 29. Sp. pl. p. 1389. Fl. Dan. t. 379. Leers herb. p. 208. t. 16. Pollich. palat. tom. 2. p. 599.*

Carex caule foliis capſulisque hirſutis. *Hall. hiſt. n.* 1403.

Cyperoides polyſtachyon, lanuginoſum. *Tourn. inſt. 529. Scheuchz. agr. 478.*

In pratis, hortis, ad vias, & alibi. Fl. Aprili, Majo.

RADIX fuſca, valde ramoſa & repens, ſquamis oblongis, acuminatis tecta, fibris plurimis aucta, perennis.

CULMI folioſi, triquetri, erecti aut adſcendentes; tantum ſuperiore parte nudi, pilis raris brevibusque inſperſi, & ad angulos ſcabri; cæterum vaginis tecti, glabri & læves; aliqui triunciales; alii ſemipedales; multi pede longiores.

FOLIA canaliculata, piloſa, pallide viridia, margine carinaque ſcabra, apicem verſus attenuata triquetraque. Vaginæ pilis inſperſæ.

SPICAE masculæ duæ vel tres, oblongæ, tenues, acuminatæ, pubeſcentes: ſpica terminali longiſſima. Spicæ femineæ oblongæ, graciles, acuminatæ, pubeſcentes, remotæ, pedunculatæ: pedunculis illinc convexis, hinc planis, ſuperne piloſis, inferne vaginula oblonga, membranacea, albida, truncata, obvolutis, & ex vagina foliorum, ſuperiorem culmi partem occupantium, exeuntibus.

SQUAMAE ſuperiori dorſi parte pilis conſitæ: in ſpica masculina oblongæ, purpuraſcentes, margine & baſi albicantes, inferiores apice in acumen longum, viride deſinentes; infima ſæpe latiſſima, bracteæformis, foliolo brevi terminata; in ſpica feminina ovatæ, cuſpidatæ, albæ, ciliatæ, carina ſcabræ.

Mari.

FILAMENTA tria, ſquama breviora. Antheræ apice membranaceæ, acutæ.

Feminæ.

GERMEN oblongum, pubeſcens, apice longitudinaliter hians. Stigmata tria, pubeſcentia.

CAPSULAE ovatæ, inflatæ, piloſæ, dorſo convexæ, facie planiuſculæ, roſtro longo, apice bifido donatæ. Semen obovatum, triquetrum, inferne in collum anguſtum attenuatum, apice ſtylo perſiſtente coronatum.

Planta, in aquoſis, paluſtribus inter alias ſtirpes creſcens, quaſi tota glabra eſt.

F. 1. Planta florens. 2. Squama cum ſtaminibus & 3. ſquama cum piſtillo aucta. 4. Culmus capſulifer. 5. Capſula aucta. 6. Semen nat. magn. 7. Idem auctum.

CAREX CUSPIDATA. Tab. 97.

C. ſpicis masculinis femineisque pluribus, ſquamis femineis cuſpidatis, capſulis ovatis pubeſcentibus.

In Iſtriæ locis humidis ad mare. Fl. Aprili.

RADIX valde repens, ramoſa, ſquamis oblongis tecta, perennis.

CULMI erecti aut apice incurvi, folioſi, ſtriati, trigoni, per intervalla ad angulos aculeis paucis exaſperati; florentes pedales circiter; capſuliferi longiores.

FOLIA canaliculata, pallide viridia, aculeis exasperata.

SPICAE masculinæ oblongæ, ſubtrigonæ, acutæ, a duabus ad quinque: ſpica terminali longiſſima; reliquis brevioribus, ex axilla bracteæ, in folium tenue,

fcabrum defiinentis, egredientibus. Spicæ femineæ duæ vel tres, raro plures, oblongæ, fubteretes, acutæ, infidentes pedunculis parum compreffis, ftriatis, fcabris, circa bafin vaginula breviffima, ex viridi, albo & purpureo varia, apice truncata, obvolutis: fpicis fuperioribus femper erectis; fpica infima florefcentiæ tempore erecta, dein pendula.

SQUAMAE membranaceæ, glabræ, purpurafcentes: in fpicis mafculinis oblongæ, acutæ, bafi attenuatæ; in fpicis femininis ovatæ, pallidiores, apice in cufpidem viridem, longam fcabramque definentes.

Mari.

FILAMENTA tria, capillaria. Antheræ longæ, acutiufculæ.

Feminæ.

GERMEN ovatum, virens, ad oras ciliatum. Stigmata tria, erecta, pubefcentia.

CAPSULA ex rotundo ovata, pubefcens, apice in roftrum breviffimum, integrum, obtufum definens. Semen triquetrum.

F. 1. Planta florens. 2. Squama cum ftaminibus & 3. fquama cum piftillo aucta. 4. Planta capfulifera. 5. Capfula aucta. 6. Semen nat. magn. 7. Idem auctum.

CAREX VESICARIA. Tab. 98.

C. fpicis mafculis pluribus, femineis pedunculatis, inferioribus nutantibus, capfulis ovatis inflatis patentibus, culmo triquetro. *Willd. in act. 2. p. 29. Retz. fcand. p. 223. Fl. Dan. t. 647. Good. l. cit. p. 205.*

Gramen cyperoides majus, præcox, fpicis turgidis, teretibus, flavefcentibus. *Moris. hift. 3. p. 242. fect. 8. t. 12. f. 6.*

In paluftribus, ad foffas, lacus. Fl. Aprili, Majo.

RADIX repens, fordide alba, per intervalla fquamis oblongis, fuscis tecta, fibras plurimas promens, perennis.

CULMI ftriati, glabri, triquetri, ad angulos afperi, erecti toti aut tantum apice inclinati; florentes pedales vel fesquipedales; capfuliferi multo longiores.

FOLIA canaliculata, glabra, facie minutiffime crispata, ad oras & fuperiorem carinæ partem fcabra.

SPICAE mafculinæ duæ vel tres, fubtrigonæ, acuminatæ: terminali longiffima; inferioribus brevioribus, bafi foliolo brevi, tenui, fcabro ftipatis. Spicæ femineæ oblongæ, triquetræ, bafi attenuatæ, duæ aut quatuor, infidentes pedunculis compreffis, ftriatis, circa bafin, ut pedunculi fpicarum mafculinarum, vagina brevi, obtufa, membranacea veftitis: pedunculo uno alterove inferiore nutante.

SQUAMAE oblongæ, glabræ, acutæ, modo faturatiori, modo dilutiori purpura tinctæ: in fpica mafculina longiores latiores; in fpica feminina anguftiores, pallidiores.

Mari.

FILAMENTA tria, capillaria, ante pollinis explofionem fquama breviora, dein longiora. Antheræ longæ, mucrone membranaceo terminatæ, primo flavæ, dein fuscæ.

Feminæ.

GERMEN oblongum, glabrum, in roftrum, circa apicem incraffatum, ore hians, definens. Stigmata tria, villofa.

CAPSULAE ovatæ, glabræ, nitidæ, inflatæ, ſtriatæ, flaveſcentes, in roſtrum bifidum, a rachi divergens, terminatæ. Semen obovatum, triquetrum, ſtylo perſiſtente coronatum.

F. 1. Planta florens. 2. Squama cum ſtaminibus & 3. ſquama cum piſtillo aucta. 4. Pars ſuperior culmi capſuliferi. 5. Capſula aucta. 6. Semen nat. magn. 7. Idem auctum.

CAREX AMPULLACEA. Tab. 99.

C. ſpicis maſculis pluribus, femineis pedunculatis erectis, capſulis inflatis roſtratis, culmo trigono. *Good. l. cit. p. 207. Willd. in act. 2. p. 29.*

Carex obtusangula. *Retz. ſcand. p. 223. Hoſt ſyn. p. 512.*

Gramen cyperoides medium, anguſtifolium, ſpicis teretibus, erectis, flaveſcentibus. *Moris. hiſt. 3. p. 242. ſect. 8. t. 12. f. 8.*

In rivulis, lacubus, ſpongioſis demiſſis & alpinis Styriæ, Carinthiæ, Tyrolis, Bohemiæ, Auſtriæ inter *Weitra & Grattsen.* Fl. Junio, Julio.

RADIX perennis, craſſa, valde repens & ramoſa, ſquamis fuſcis obvoluta, fibris plurimis capillata.

CULMI erecti, ſtriati, glabri, trigoni, tantum ad ſpicarum exortum uno alterove angulo ſcabriuſculi; florentes ſeſquipedales; capſuliferi altiores.

FOLIA canaliculata, glabra, culmo longiora, margine carinaque ſcabra, pallide vel læte viridia, apice longiſſima & triquetra cuſpide terminata.

SPICAE maſculæ duæ vel tres, quandoque quatuor, erectæ, cylindricæ: terminali longiſſima; ſpica infima breviter pedunculata, ex axilla folii brevis, anguſtiſſimi, ſcabri egrediente; reliquis ſeſſilibus, baſi bractea oblonga, fuſca, membranacea ſtipatis. Spicæ femineæ duæ aut tres, erectæ, cylindricæ, longæ, pedunculatæ: pedunculis inæqualibus, ſtriatis, lævibus, ima parte vaginula brevi, obtuſa, membranacea, ut pedunculus ſpicæ inferioris maſculæ, veſtitis; pedunculo infimo longiſſimo, pleramque circa medium aut ad apicem una alterave ſquama tecto.

SQUAMAE oblongæ, glabræ, purpuraſcentes, margine albæ: in ſpicis femineis octofariam imbricatæ.

Mari.

FILAMENTA tria, primo ſquama breviora, dein longiora. Antheræ longæ, apice emarginatæ.

Feminæ.

GERMEN inflatum, ſubglobuſum, hyalinum, roſtratum, apicem verſus ſtriatum. Stigmata tria, villoſa, patentia.

CAPSULAE ovatæ, inflatæ, glabræ, læves, patentes, roſtro lævi bifidoque donatæ. Semen obovatum, triquetrum, ſtylo coronatum.

F. 1. Planta florens. 2. Squama cum ſtaminibus aucta. 3. Piſtillum auctum. 4. Culmus capſulifer. 5. Capſula aucta. 6. Semen nat. magn. 7. Idem auctum.

CAREX PENDULA. Tab. 100.

C. ſpicis cylindricis longiſſimis pendulis, capſulis conferliſſimis ovatis roſtratis, roſtro recurvo. *Good. l. cit. p. 188. Hudſ. angl. 2. p. 411. Curtis lond. Hall. hiſt. n. 1396*

Carex maxima. *Scop. carn. tom. 2. p. 229.*

Cyperoides ſpica pendula, longiore & anguſtiore. *Tourn. inſt. 529. Scheuchz. agr. 445.*

In uliginoſis ſylvaticis, [illegible] rivulos, foſſas, torrentes. Fl. Aprili.

RADIX valde craſſa, fuſca, ſquamis oblongis tecta, fibris validis firmata, perennis.

CULMUS triquetrus, ſtriatus, glaber, ad angulos ſcaber, erectus, apice inclinatus; florifer ſeſquipedalis circiter; capſulifer tri-vel quadripedalis.

FOLIA valde lata, craſſa, rigida, canaliculata, profunde ſtriata, margine carinaque ſcaberrima, dorſo glaucеſcentia, facie læte viridia. Vaginæ infimæ aphyllæ, ſquamiformes, acuminatæ, pungentes; vaginæ foliorum floralium breviſſimæ; reliquæ longiſſimæ, in ſuperiore faciei parte membranaceæ: membrana utrinque per folii faciem lateraliter circa culmum decurrente, & in ligulam brevem deſinente.

SPICA maſcula terminalis, unica, longa, pendula, inferiore parte anguſta, apicem verſus ſenſim incraſſata; ſæpe non procul a baſi bracteis tribus ſtipata: bractea infima in foliolum breviſſimum attenuata; reliquis duabus aphyllis. Spicæ fœmineæ a tribus ad ſex, graciles, cylindricæ, valde longæ, remotæ, pendulæ, ſuperiores aliquot floſculis maſculis terminatæ, omnes pedunculatæ: pedunculis ima parte vaginula brevi, membranacea, acutiuſcula plerumque purpuraſcente amictis, & ex axilla foliorum anguſtiorum, ſcabrorum egredientibus.

SQUAMAE læves, dorſo convexiuſculæ, ex fuſco & purpureo variæ: in ſpica maſculina longæ, lanceolatæ, arcte imbricatæ, apice brevi mucrone armatæ; in ſpicis fœmineis ovatæ, pallidiores, apice attenuatæ & ad oras ciliatæ, ſuperiores imbricatæ, inferiores remotæ

Mari.

FILAMENTA tria, ſquamam longitudine æquantia. Antheræ longæ, obtuſiuſculæ.

Feminæ.

GERMEN ovatum, glabrum, in roſtrum obtuſum deſinens. Stigmata tria, pubeſcentia.

CAPSULA triquetra, glabra, lævis, acuta, apice indiviſo recurvata. Semen triquetrum.

F. 1. Planta florens. 2. Squama cum ſtaminibus & 3. ſquama cum piſtillo aucta 4. Pars ſuperior culmi capſuliferi. 5. Capſula aucta. 6. Semen nat. magn. 7. Idem auctum.

T. 1.

Holcus halepensis.

Holcus lanatus.

Holcus mollis.

Holcus odoratus.

Anthoxanthum odoratum.

T. 6.

Bromus giganteus

Bromus asper.

Bromus litoreus.

Festuca elatior Roem & Sch.

1 2 3 4 5

Bromus inermis.

Bromus agrestis.

Bromus multiflorus.

Bromus secalinus

Bromus squarrosus.

Bromus arvensis.

Bromus tectorum.

Bromus sterilis.

Bromus madritensis.

Bromus rubens.

Bromus mollis.

T. 20.

Bromus distachyos.

Bromus sylvaticus.

Bromus pinnatus.

T. 23.

Rottboellia incurvata.

T. 24.

Rottboellia pannonica.

T. 25.

Lolium perenne.

Lolium temulentum.

Elymus crinitus

Elymus europæus.

Heleochloa alopecuroides.

T. 30.

Heleochloa Schoenoides

T. 31.

Crypsis aculeata.

Hordeum murinum.

T. 33.

Hordeum secalinum.

T. 3.4.

Hordeum maritimum.

Leersia oryzoides

T. 36.

Lappago racemosa.

Eriophorum polystachion.

T. 38.

Eriophorum capitatum.

Eriophorum cespitosum.

E. — vaginatum

T. 40.

Eriophorum alpinum.

Carex dioica.

Carex pauciflora.

Carex cyperoides.

T. 44.

Carex glomerata.

Carex schoenoides.

T. 46.

Carex Schreberi.

Carex brizoides.

Carex curta.

Carex arenaria

Carex intermedia.

Carex ovalis.

Carex remota.

Carex stellulata.

Carex muricata.

Carex divulsa.

Carex vulpina.

Carex canescens.

Carex paniculata.

T. 59.

1 2 3 4 5 6 7

Carex alba.

T. 60.

Carex digitata.

Carex pedata.

T. 62.

1. 2 3 4 5 6 7

Carex capillaris.

Carex flava.

Carex patula.

T. 65.

Carex Oederi.

Carex montana.

Carex humilis.

T. 68.

Carex præcox.

Carex umbrosa.

T. 70.

Carex diversiflora.

T. 71.

Carex nitida.

Carex Michelii.

Carex extensa.

Carex pallescens

T. 75.

Carex firma.

T. 76.

Carex hordeiformis.

Carex distans.

Carex pilosa.

Carex panicea.

Carex varia.

Carex ferruginea.

Carex tomentosa.

Carex nutans.

Carex sylvatica.

Carex Pseudo Cyperus.

Carex filiformis.

T. 87.

Carex parviflora.

T. 88.

Carex atrata.

Carex limosa.

Carex flacca.

Carex cespitosa.

Carex paludosa.

Carex crassa.

Carex stricta.

Carex acuta.

Carex hirta.

Carex cuspidata.

1
2
3
4
5
6
7
Carex vesicaria.

Carex ampullacea.

Carex pendula.

Spine

Top

Foot



Fore